Deo exhortante per nos. Et quanuis alios
quoq; ſeptuaginta duos diſcipulos Dominꝰ
huic prædicandi muneri, deſignauerit: duo-
decim tamen fuerunt quos vt Luc. cap. 6. te-
ſtatur, propriè elegit, & Apoſtolos nomina-
thæi.10. uit, quoſq; adeo proprijs nominibus Matth.
connumerat. His igitur proprio munere &
functione competebat eccleſiam guberna-
re, & in eo potiſsimum, quod eſt euangeliũ
docere, atq; adeò ſacram eius paginam con-
dere. Ob idq;, vt eo ipſo quod aliquam ſcri-
pturam conſtaret eſſe cuiuslibet Apoſto-
lorum, habenda eſſet pro canonica, ſic citra
eorum autoritatem nulli ſcriptori deferen-
dus eſt talis honor & fides. Hanc ſententiam
quàm plurima confirmant Chriſti teſtimo-
nia. Illis namq; peculiariter, referente cap. 9.
a.9. Luca, fecit prædicandi facultatem. Et ſecun-
nnis. 20. dum Ioannem, eam plenariam communica
uit poteſtatẽ, quã acceperat à patre, ideoque
inſpirauit in eos Spiritum ſanctum, vt quo-
rum remiſiſſent peccata, remiſſa eſſent, &
quorum retinuerent, retenta. Illos præterea
ſingulari prærogatiua appellat lucem mun-
tth.5. di, & amicos, quibus quæcunque audiuit à
nnis.15. patre nota fecit. Et Lucæ vltimo fatetur eſſe
ſuos ipſius teſtes, quibus ideo præcepit, vt ſe

D. O. M.

BRACHYLOGOS


TOTIVS IVRIS CIVILIS, SIVE CORPVS LEGVM: ITEM INSTItutiones T. Caij Iureconsul. & Dom. Vlpian. ex toto scriptorum ipsius corpore tituli vndetriginta:

Quibus accesserunt

Iulij Pauli Sentẽtiarum receptarum ad filium libri quinq;, antea typis non commissi.

Petrus Vellejus Gueuara.

VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.



LVGDVNI,

Apud Ludouicum Pesnot.

1557.

Cum Priuilegio Regis.

Extrait du Priuilege.

IL EST DEFENDU à tous Imprimeurs, & Libraires, de non imprimer, ou faire imprimer, ny exposer en vente ce present liure intitulé, *Corpus legum, cui adiuncta sunt Caij Institutiones, & viginti nouem Tituli ex corpore Vlpian.* Et ce iusque au temps & terme de dix ans prochainement venans à conter du iour & date que la premiere impreßiõ dudit liure sera paracheuée dimprimer, si non par le congé & permißion de Loys Pesnot libraire de Lyon, sur les peines contenues es letres sur ce depeschées, à Lyõ, le douzieme iour de Sepetembre, Mil cinq cens quarante huict. & de nostre regne le deuzieme.

Signé par le Roy, Iean Iaques, Maistre des requestes present. Cœsier, Et seellées de cire iaune à simple queüe.

AMPLISSIMO VIRO CLADIO GVSTAno Apud Senonas Gallos Prætori Vrbano, Ludouicus Pesnotius Salutem.

NOBILIVM inter veteres scriptorũ monuméta, ex conclusis educta inaccessarũ Bibliothecarũ latebris, & multa, & eximia nobis pridẽ dedisti (vir clarissime,) ea sc. expectatiõe, eóq; vetustatis cõseruãdæ, & publicæ vtilitatis iuuãdæ studio, vt quãprimũ nostris excussa typis æditiõis nouę rediuiua velut metastasi in lucẽ reuocarẽt. Quod cũ neq; statim neq; longo post tpe factũ fuerit non dubiũ est quin id iure succensere debeas, istámq; nostrã longam cessationẽ vertere in obliuionis, aut ignauiæ accusationẽ: sic vt mecũ expostulare videaris, & antiquitatẽ suo honore, & posteritatẽ suo fructu esse à nobis hactenus fraudatã. Quæ omnia tametsi cõsciẽtia veri, me admodũ reddãt solicitũ, vt qui in his planè fefellisse nõ diffiteor, longè tamẽ magis vereor, ne istud indigniùs feras, qđ post tam diutinam dilationẽ, dum ad illa ædẽda nũc demũ accingor, pro partu montis promisso & sperato exiguũ murem in medium educam ceramicum, & in arenam pro Leone capum, hoc est pro numerosa insignium voluminũ mole tuo beneficio habita vnicũ tantũ libellũ, & omniũ quos abs te accepi, minimũ

in publicũ proferã. Verũ hoc te cogitare par est, qui rerũ naturã nõ ignoras. Ex paruis interdũ initijs magna succedere incremẽta, & cõtra, ex magnis, absolutisq; principijs collabẽtẽ inclinationem sequi necesse: atq; in his ruendi metũ: in illis exurgendi spem insistere. Proinde cõsultius esse ratus ad Homeri exemplũ Flacciq; monitũ, Non fumũ ex fulgore, sed ex fumo dare lucẽ: à minimis sum auspicatus: vt speciosa dein miracula promã. Finge igitur (qđ in nobiliũ virorũ equestribus expeditionibus fieri solet) magnificentioris equitatus puerum pedestrẽ prodromon hunc esse libellum, quẽ ne qui nõ legerũt, negligãt & qui nõ norunt, contemnant: ij sciant chartarũ quidẽ numero, & verborum breuitate paruũ esse: at sententiarũ pondere, & rerum sublimitate magnũ. Et quẽ idcirco non sum veritus dicare tibi, qui rerum precium non ex quantitatis mensura, sed ex qualitatis natura æstimãdum censes. Est etenim eius dignitatis libellus vt vndecũque tibi in manus venerit, aut ex quacunque veteri bibliotheca exierit: certe ex prudentissimorum hominum cerebris (vt ex Iouis capite fertur Minerua) primum exortus esse appareat. Indignus profectò qui viuus defossus tandiu lateret in tenebris non citra publicum studiosorũ incommodum. Quod & idem de reliquis amplioribus (quæ tibi accepta debentur) voluminibus dici posit. Ea aũt (vt speramus, & meditamur) breui in manus hominũ per nos venient, & velut è sepulchris eruta, in clarã, communẽq; lucẽ excitabũtur: eo anabioseos splendore, tali characteristicæ formæ nitore, & sic cõposito ordine, vt & te, & amicos tuos, & omnes denique homines literarum & iuris amantes, tali illectamẽto inuitare videamur, ad alia deinceps exemplaria veterum authorum recens reperta nobis, vt reformentur exhibenda. Tu interim hoc προδώριον libens accipe, & Vale

CORPVS LEGVM PER MODVM INSTITVTIONVM

ex vetustißima Bibliotheca, in studiosorum Iuris prudentiæ gratiam, & vtilitatem recens æditum.

De Iustitia & iure.

IVRI OPERAM daturum, priùs nosse oportet, vnde iuris nomē descendat: est enim à iustitia appellatum. Iustitia a autem est constans b, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Ius verò (vt Celsus diffiniuit,) est æquitas constituta vel præceptum boni & æqui. Huius quidem prudentia, est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti sciētia. Eius præcepta sunt, honestè viuere, aliū

a Iustitia. Chrysippus nihil aliud iustitiā putauit, quàm iniustitiæ priuationem.

b Secundum hoc quòd à Deo creata fuit.

non lædere, ſuum vnicuique tribuere. Virtus eiuſdem eſt, imperare, permittere, vetare, punire. Huius autem ſtudij, duæ ſunt poſitiones, publicum ius, & priuatum. Publicum ius eſt, quod ad ſtatum Reipublicæ pertinet. Priuatum eſt, quod ad ſingulorum vtilitatē ſpectat. Et priùs quidem dicendum videtur de iure priuato, quod eſt tripartitum. Collectum eſt enim, ex naturalibus præceptis, vel gentium, vel ciuium.

De iure naturali, gentium & ciuium.

IVS naturale eſt, quod natura docuit omnia animalia, vt ſunt maris & fœminæ coniunctio, filiorúmq; procreatio, & educatio. Huius enim iuris peritia non ſolùm homines, ſed etiam cætera animalia cēſentur. Ius gentium eſt, quod gentes humanæ ſibi ipſæ conſtituerunt. Huius autē iuris ſunt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas. mandatum, depoſitum, mutuum, pignus, permutatio, commodatum, & penè omnes contractus. Penè dictum eſt, propter contractus [a] donationis, ſtipulationis, emphyteuſeos, qui iuris ciuilis ſunt. Ius ciuile eſt, quod vna quæque ciuitas ſibi ipſa conſtituit. Diuiditur exhinc in ius

a Hæc tria iure ciuili inuēta ſunt, licet enim donatio apud gentes eſſet, tamē ex ſolo pacto quis non obligabatur.

in ius ſcriptum, & non ſcriptum. Iuris ſcripti ſunt partes hæ, lex, plebiſcitum, ſenatuſconſultum, principum placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentum. Lex eſt, quod populus *a* conſtituit, ſenatorio magiſtratu veluti conſule, interrogante. Plebiſcitum eſt, quod plebs conſtituit, plebeio magiſtratu veluti Tribuno, interrogante. Plebs autem differt à populo, eo quòd appellatione populi, vniuerſi ciues continentur. Plebis verò appellatione, cæteri præter patritios & ſenatores. Sed plebicita, lege Hortenſia, non minus authoritatis habent, quàm leges. Senatuſconſultum eſt, quod ſenatus iuſsit atq; conſtituit. Nam cùm ita auctus eſſet populus, vt facilè in vnũ conuenire non poſſet, legis ſanciandæ cauſa, omne imperiũ condendarum legum, traditum eſt à populo ſenatui. Principis placita ſunt, quę iubet Imperator atque conſtituit. Quòd enim principi placuit, legis habet vigorem. Hæ enim conſtitutiones vocantur: quarum quædam ſunt communes, quæ in omnium cauſis valent, quædam ſingulares, quæ in vna tantùm cauſa valentes, vel perſona ad exemplum trahendę non ſunt, hæc priuilegia vocantur. Eſt enim priuilegium ius ſingulare, certis ex cauſis, contra ius cõmune introductum. In priuilegijs autẽ conſiderandũ eſt vtrum

a Id moris erat vt cùm aliqua noua cauſa interuenien te, neceßitas ingrueret cõſtituẽda legis conſules in primis populum interrogarent congregatum, & populus, ſi ſibi placebat, ſua authoritate adhibita confirmabat, ſimiliter & tribuni plebis.

contra ius eliciantur. Ait enim lex, rescripta contra ius elicita, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari. Ea enim quæ contra ius fiunt, pro infectis habenda ſunt. Reſpõſa prudentum ſunt ſententiæ, & opiniones eorum, quibus datum eſt à Cęſare, ius reſpondẽdi, veluti Caij, Vlpiani, Papiniani, & cæterorũ quorum nomina & opera in Digeſtis continentur. Magiſtratum edicta, ſunt hæc, quę prætores cõſtituerunt: hoc etiam ius honorarium appellatur, eò quòd ab eis conſtitutum eſt, qui honores gerebant. Huius etiam pars ſunt edicta ædilium curulium. Ex non ſcripto ius venit, quod vſus comprobauit. Nam conſuetudinis vſuſq; longęui non vilis eſt authoritas: verùm non adeò ſui valitura momento, vt aut rationem *a* vincat, aut legẽ. Viſo autem quid ſit ius, & eius partes, videndum eſt, circa quod verſetur. Verſatur autem circa res, vel perſonas, vel actiones. Et primitùs de perſonis, quia earum cauſſa, omnia iura conſtituta ſunt, dicendum eſt.

De iure perſonarum. *

SVMMA itaque diuiſio de iure perſonarũ hæc eſt, quòd omnium hominum, aut liberi ſunt, aut ſerui. Et libertas quidem eſt, naturalis facultas eius, quod cuique fa-

a Aug. fruſtra, inquit qui ratione vincuntur, conſuetudinem nobis obijciunt, quaſi conſuetudo maior ſit veritate, hoc planè verũ eſt: quia ratio & veritas conſuetudini præponẽda eſt, ſecũdum eum: cùm conſuetudini veritas ſuffragatur, nihil oportet firmius teneri. Et Iſidorus, legẽ ratio cõmẽdat. porrò ſi ratione lex cõſtat, lex erit omne quod iam ratione conſtiterit duntaxat, quòd religioni congruat, quòd diſciplinæ conueniat qđ ſaluti proficiat.

* *De iure perſonarum. Ius perſonarũ eſt ſtatus, quo quiſque hominum ſibi ius vel libertatis vel ſeruitutis vindicat: vnde ius perſonarum iureconſultus in primo Pandectarum lib. ſtatum hominum appellat.*

cuiq; facere libet: nisi qđ vi, aut iure prohibetur. *a* Seruitus autẽ est iuris gentiũ cõstitutio: * qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. Iure enim naturali omnes homines liberi nascebantur. Serui autem, aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris: fiunt autem, aut iure gentium, scilicet ex captiuitate: aut ciuili, cùm homo liber maior. xx. annis, emptore ignorante eum liberum se venundari ad participãdum pretium passus est. Et in seruorum quidem conditione nulla differentia est. In libertorum verò statu, multæ differentię sunt: aut enim ingenui sunt, aut libertini.

a Cùm enim quis prohibetur natura lẽ quidẽ habet facultatem, sed tamen effectus est impeditus: & ideò quantum ad effectum dicit, nisi quod iure &c.

** Constitutio. Id est effectus cõstitutionis. Non enim seruitus est cõstitutio: sed ex iuris gẽtium constitutione seruitus est introducta.*

De ingenuis.

INGENVVS *a* est, qui ex libera matre nascitur, nec refert vtrum liberum patrem habuerit necne. Nec etiam refert vtrum mater ingenua fuerit liberta, & si liberta, vtrum ancilla conceperit, vel libera, dummodo libera facta pariat. Quòd si & ancilla conceperit, & postea manumittatur deindè ob ingratitudinem ancilla facta pariat, placuit eum qui nascitur, liberum nasci: quia calamitas matris non debet ei nocere, qui in vtero est.

a Ingenuus non nisi his duobus modis potest effici seruus hominis, libertus etiam ob ingratitudinem: cùm nec verò tam ingenuus quàm libertus nõ hominis, sed pœnæ seruus efficitur, si vel in metalum damnetur, vel bestijs subijciatur.

De libertinis.

LIBERTINI sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. Manumissio autem est datio libertatis. Manumissionis *a* autem olim triplex * genus erat. Nam qui manumittebantur, modò cõsequebãtur libertatem perfectam, & fiebant ciues Romani; modò mediocrẽ & fiebant Latini: modò minimam, & fiebant numero dedititiorum. Hodie verò Latinis & dedititijs sublatis, nõ habita etiam vlla differẽtia manumissionis, siue etiam ætatis.

a In hoc erat differentia triplicis generis manumissionis, quia ciues Romani & liberi erãt & alienandi inter viuos & testandi in morte liberam facultatẽ habebãt. Latini verò inter viuos bona sua poterant alienare: relinquere verò in morte nisi patrono non poterant. Dedititijs verò nec inter viuos alienare re, nec vlli in morte nisi patrono relinquere licebat.

** Triplex genus. Theophilus scribit tres fuisse formulas legitimas, tres item naturales. legitimæ erant, vindicta, cẽsus, testamentum, quarum Cicero in topicis meminit. Naturales formulæ erant inter amicos per nuntium per epistolam.*

Qui manumittere possunt.

MANVMISSORIS, omnes liberti ciuitate Romana fruuntur, & licet omnis manumitti possit, non tamẽ omnis dominus manumittere potest. Nam is qui in fraudem *b* creditorum consilio etiam & re manumittit, nihil agit: quia lex Aelia sentia impedit libertatẽ. Item Impubes manumittere non potest. Item furiosus, & prodigus, cui interdictum est bonis, manumittere non potest.

b In fraudem creditorum consilio & re manumittit, qui credens bona sua creditoribus non sufficere, animo fraudandi eos, seruos libertate donat, & ex ipsa manumissione defraudantur creditores.

Item debitor ſeruum pignoratum non rectè manumittit. Item vir dotale mancipium non æſtimatum acceptum manumittere non poteſt. Nec etiam vxor conſtante matrimonio.

Quibus modis manumiſs. procedat.

MANVMITTITVR autem ſeruus in eccleſia, inter amicos, Vindicta *a*, teſtamento, epiſtola, codicillis, alijſque quampluribus modis.

a Vindicta vocabatur virga prætoris, cuius percuſsione vindicabantur homines in libertatem.

De his qui ſui iuris, vel alieno iure ſubiecti ſunt.

SEQVITVR de iure perſonarum altera diuiſio. Quidam enim ſui iuris ſunt, quidam alieno iuri ſubiecti ſunt. Qui alieno iuri ſubiecti ſunt, alij ſunt in poteſtate dominorum, * alij in poteſtate parētum. In poteſtate dominorū ſunt ſerui: quæ quidem poteſtas quamuis iure gentiū inuenta ſit, iure tamē ciuili tēperatur. Olim enim iure gentiū vitę neciſq; ſeruorum ius penes dominum conſtitutum erat: hodie verò iure ciuili, qui ſeruum ſuum ſine iuſta cauſſa occiderit, non

** In poteſtate parentum. Patria poteſtas eſt ius illud quod pater vel auus in perſonas liberorū, qui ex iuſtis nuptijs procreati ſunt, habet. l. poteſtatis. ff. de verb. ſignif. quod ius, auus paternus ſolus habet, aut auo mortuo ipſe pater. Et ſic nepos perinde atq; filius in aui eſt poteſtate, iuxta l. ſi cuenet. ff. de adult. l. ſi. C. de legit. tut.*

minùs punitur, quàm qui alienũ occiderit: etiam quodcũque per seruũ acquiritur, domino acquiritur. In potestate *a* parentum sunt liberi, quos ex iustis nuptijs procreamus, vel per arrogationem adoptamus. Liberorum autem alij ciuiles & naturales, alij naturales tantùm, alij ciuiles tantũ. Ciuiles & naturales sunt, quos ex iustis nuptijs procreamus.

a In potestate parentũ sunt liberi solummodo, per virilem sanguinẽ ascẽdentiũ, vt patris, aui, proaui, abaui & aliorũ. Liberorum aũt appellatione, omnes descẽdentes cuiuscũque sexus sint, continentur.

De nuptijs.

NVPTIAE autem, siue matrimonium, sunt viri & mulieris coniunctio, indiuiduã vitę consuetudinem continens. Iustas *b* autẽ nuptias ciues Romani contrahunt inter se: masculi autem puberes, fœminæ autem viri potentes, qui & suæ mentis & potestatis sunt: nec vlla affinitate, *c* vel cognatione, *d* vel religione, *e* aut alijs nuptijs *f* aut potestate impediũtur *g*. Serui enim iure ciuili nullam personam habẽt: ideò

b Legitima coniugia non sunt quæ sine cõsensu vtriusque personæ cõtrahuntur: quoniã secundum humanas & diuinas leges, consensus in eo cõtractu non est, vbi ab vtraque persona nõ intelligitur, quod agitur.

c Affinitate prohibemur vxorẽ ducere, veluti nurũ, nouercã, & generaliter quæcũque se alicui nostro cognato copulauerit, eã nobis in matrimonio copulare prohibemur. d Cognatio est omnis per communẽ sanguinẽ proximitas, quãdiu scitur aut in memoria retinetur. e Religione prohibetur, ne subdiaconus presbyter, episcopus, monachus, Iudæus, Paganus, Christianã orthodoxus hæreticã vxorem ducat. f Alijs nuptijs prohibemur vxorem ducere eam, quæ alteri copulata est. Item quæ fiunt intra annũ à morte mariti sui numerandum propter permistionem sanguinis, & propter tempus luctus, vxorem habere non possumus. g Potestate prohibetur præses, ne eiusdem prouinciæ vxorem ducat.

nuptias

nuptias, quæ iuris ciuilis ſunt, non cõtrahunt. Si verò in parẽtum poteſtate ſint, neceſſe eſt parentes cõſentire, * in quorum poteſtate ſunt, niſi ſint furioſi. Separantur autem licita matrimonia ſine pœna, ſi maritus vxori ſuæ miſceri non potuerit, ſi alter vel vterque religioſam vitam elegerit, aut ab hoſtibus capti fuerint. Cùm pœna autem ſeparantur, ſi alter contra Imperatorem molitus fuerit, vel ſi alterius vitæ inſidiatus fuerit, vel in adulterio deprehenſus. Naturales tantùm ſunt, vulgò concepti, qui ſpurij dicũtur. Horum autem, alij iure ciuili prohibiti, alij verò non cogniti. Prohibitorum, alij inceſti, alij alia macula infamię aſperſi. Inceſti ſunt qui contra fœdus a ſanguinis b ſiunt alia macula infamiæ aſperſi: veluti hi, quorũ mater nõ tranſacto anni c ſpatio, à morte prioris mariti, ſecũdis nuptijs ſe infeſtauit, vel cõtra aliquam prædictarum rationum, matrimonium contraxerit. Qui autem huiuſmodi matrimonium ſe ſcientes copulauerint: ſiquidem ſine liberis ex libero matrimonio ſint, ſtatim dignitatibus amiſsis, bona eorum iuribus fiſci, deputentur, & ipſi exilio puniantur: quòd ſi viliores ſint perſonæ, etiam corporali quæſtioni ſubijciantur: ſi autem legitimi liberi ſint, pœna patris, ſui iuris fiant: & paternas vel maternas facultates ac-

** Parẽtes cõſentire. Cõſenſus in nuptijs coeũdis non ſolũ qui iũguntur, ſed etiã parentum, ſub quorũ ſunt poteſtate ius ciuile requirit. l. nuptiæ. ff. de rit nupt. & l. nec filiũ. C. de nuptijs. Canonicũ nõ niſi contrahentiũ.*

a Sine patre. non enim intelligitur iure ciuili pater, quẽ iuſtæ nuptiæ non demonſtrant.

b Fœdus ſanguinis eſt, vt cognatorum ſanguis non permiſceatur.

c Seneca, annũ fœminis ad lugendũ conſtituerũt Maiores, vt tandiu lugerent, ſed ne diutius.

cipiant: ita tamen vt parentibus neceſſaria adminiſtrent. Iure autem ciuili non cogniti ſunt hi, quorum parentes iuſtas inter ſe nuptias contraxiſſe potuerunt. Hi etiam ciuiles fieri poſſunt, ſi vel curiæ donentur, vel poſt natiuitatem eorum, inter parentes aliquo tempore dotalia inſtrumenta conficiantur, vel ſuper his, preces Imperatori porrigantur, & princeps ſuam interponat authoritatem, vel ſi in teſtamento vt legitimos hæredes inſtituerit, vel ſi matrem eorum, vſque quo die defunctus eſt in contubernio habuerit. Ciuiles tantùm ſunt hi, quos adoptamus.

De adoptionibus.

** Adoptio. Eſt autem adoptio legitimus actus, per quē in alterius poteſtatem, quis trāsfertur. & biſariā cōtigit. Accurſius poſt Theophilū & Placentinum dicit Adoptionē actum eſſe legitimū, naturam imitantē ad ſolatiū eorū qui liberos nō habent.*

ADOPTIO * autem duobus modis fit, id eſt, vel imperio magiſtratus, vel ex ſacro reſcripto, quæ etiam arrogatio dicitur. Imperio magiſtratus, id eſt, iudicis authoritate, adoptamus eos qui alienæ poteſtatis ſunt. Ex ſacro reſcripto, eos qui ſui iuris ſunt. Sed arrogati tranſeunt in poteſtatem patris adoptiui omnimodò. Adoptati verò per magiſtratum, non aliter quàm ſi auus vel proauus paternus, vel maternus eos adoptet. Hoc enim caſu, quia tam ciuilia quàm

lia quàm naturalia iura concurrunt, soluitur quidem ius naturale parentis, & transit in potestatem adoptiui. Non autem permittitur cuique aliquem arrogare, * nisi cautione *a* facta, promittat personæ publicæ, id est tabulario, se daturum quartam omnium bonorum suorum ei, quem adoptat, si vnus eum mancipauerit, & insuper omnia bona sua restitutum iri. In vtraque verò adoptione, considerandum est, vt is qui adoptat, plena pubertate, id est, xviij. annis præcedat. *b* Item fœminæ adoptare non possunt, nisi ad solatium amissorum liberorum. Item castrati, *c* necnon natura frigidi, *d* qui etiam generare non possunt. Item qui tres habet filios in potestate quartum adoptare non potest. Adoptare autem potest quis tam loco filij, quàm loco nepotis. Cùm autē loco nepotis adoptat, necesse est filium consentire, ne ei inuito suus hæres agnascatur.

** Arrogare non cuiuis temerè permittitur.*

a Cautio dicitur promissio per scriptum.

b Quia adoptio debet imitari naturam.

c Spadones verò adoptare possunt.

d Non debent habere ciuiles, qui nō possunt habere naturales. Notādum quòd si aliquis velit aliquem loco nepotis adoptare, necesse est quòd habeat filium in potestate, ex quo adoptet, alioquin necesse est, vt primitùs filium adoptet, sic in pronepote & abnepote & cæteris.

Quomodò ius patriæ potestatis soluatur.

COGNITIS autem quibus modis liberi sint in potestate, videndum est, quomodò soluantur à potestate. soluitur autem ius patriæ potestatis mor

te vtriuſque, capitis diminutione maxima & media & minima, emancipatione, dignitate. Capitis autem diminutio eſt, prioris ſtatus commutatio. Huius autem ſpecies ſunt maxima, & media, & minima. Maxima capitis diminutio eſt, cùm quis libertatem amittit, & ciuitatem, quod euenit his, qui beſtijs ſubijciuntur, & in metallum perpetuò damnantur, vel qui in hoſtium poteſtatem deueniunt: ſed ij, ſi reuerſi fuerint, recipiunt priſtinum ſtatum, propter ius poſtliminij. Media capitis diminutio eſt, cùm quis libertate retenta, ciuitatem amittit, quod euenit his, quibus aqua & igni interdicitur, vel qui in inſulis relegantur. Minima capitis diminutio eſt, cùm quis libertate & ciuitate retenta, familiam tantùm commutat. a Hac autem capitis diminutione, ita demùm ius patriæ poteſtatis ſoluitur, ſi is qui habetur in poteſtate minuatur capite.

a Qui ſui iuris ſit alieni efficitur, vel è contra.

** Emācipatio. Eſt autem emācipatio nihil aliud, quàm relaxatio patriæ poteſtatis: & duitur quaſi ex manu legatio. Autor Caius lib. j. inſti. ti. 6.*

De emancipitionibus.

EMANCIPATIO * eſt ciuilis actus, quo quis patria poteſtate p magiſtratū eximitur. Emācipatio * quidē olim fiebat per æs, & librā, adhibitis ciuib⁹ Romanis puberibus, & eo qui dicebatur libripens,

** Emācipatio. Vide Caiū loco quo ſupra & Theophi. in ſuis inſtitu. & Gellium lib. 5. cap. 19.*

bripens, quasi imaginaria venditio. Hodie verò competenti magistratu adito, & emancipãtis volũtate patefacta,& authoritate magistratus adhibita,scriptura super his subsequuta, emancipatio ritè procedit.Dignitate verò soluitur ius patriæ potestatis, si fortè is qui in potestate est, episcopatum vel summam patriciatus dignitatẽ nactus fuerit,id est.si cũ Imperator sibi in patrem elegerit.vel si cõsul,pręfectus, magister militum factus fuerit. Dominorum autem potestas soluitur manumißione. Item si dominus seruum ægrotum contempserit, & necessaria non præstiterit, si eo nesciente & si contradicente, clericus aut monachus factus fuerit, ius potestatis soluitur: vel si eo sciente & non contradicente, ancilla pro libera liberto homini ignoranti se in matrimonium copulauerit. Qui autem sui iuris sunt,alij sunt in tutela, vel curatione,alij neutro iure tenentur.

De tutelis.

TVTELA autẽ est, * (vt Seruius diffiniuit) ius ac potestas in capite libero,ad tuẽdum eum qui se propter ætatem, defendere nequit. Tutores autem sunt,qui eam vim ac potestatem habent: vnde tutores dicti sunt quasi tuitores.

* *Idem in §.j.versicu. est autem tutela.instit.eod.tit.*

Tutorum autem, alij sunt testamentarij alij legitimi, alij datiui * Testamentarij sunt qui testamēto parentū dātur. Dare autem potest testamento tutores, parens suis impuberibus, quos in potestate habet: & hi primò veniunt ad tutelam: his verò deficientibus, vocantur legitimi. Legitimi verò sunt, qui ex lege descēdunt. Hi autem, secundum antiquum ius parens, patronus, agnati, a hodie verò cognati. Nam ad quos pertinet emolumētum successionis, eis incumbit onus tutelæ. Datiui sunt qui à iudicibus dantur deficientibus testamentarijs, & legitimis.

** Tutorum tres species.*

a Agnati sunt cognati per cognationem virilis sexus coniuncti.

Quomodò tutores dentur.

OSTENSO qui dare possunt, Videndum est, qui dari possint. Dari autem potest tutor, tam paterfamiliâs quam filiusfamiliâs. b Minor xxv. annis dari nō pōt. Item nec miles nec clericus, nec monachus nec mulier, (nisi liberorū suorū) nec furiosus, aut prodigus, rectè tutores c dantur. Creantur verò tutores ex inquisitione, & satisdatione. Inquiritur enim, vtrum sint locupletes & diligentes. Testamentarij autem non inquiruntur. satisdatione tamen hi qui legitimi

b Quantum ad publica munera, filijfamiliâs pro patribus familiâs habentur.

c Nec magistratus. quia publicis negotijs nō priuatis vacare debent.

timi & datiui onerantur, idem coguntur promittere, & idoneos fideiussores dare, rem pupilli saluam fore a Sine satisdatione tamen nemo idoneus tutor est. Datiui autem tutores, periculo damno tutelæ distringuntur, nisi se excusent.

a Quid si per.t aliquid de rebus quæ sunt in eius tutela dolo vel negligẽtia tutoris, tutorẽ emendare oportet.

De excusatione tutorum.

EXCVSANTVR autem tutores varijs ex causis. Si eñ Romæ quis tres liberos in potestate habebat, vel in Italia quatuor, vel in prouincijs quinque, à tutela excusatur. Item qui capitales inimicitias cum patre pupilli habuit. Quiq; huiusmodi morbo fatigatur, vt non suis rebus interesse posit, quiue causa reip. absfuturus est, quiue habet onera tutelæ (nõ affectatæ) excusare se possunt. Sunt & aliæ multæ causæ excusationum, quas in libris Digestorum & Institutionum facilè est cognoscere.

Intra quod tempus se quis excusare debeat.

OPORTET autem, eos qui se excusare volũt intra quinquaginta dies, si præsentes sunt: si verò absentes, habita æstimatione viginti milium

diurnorum, & insuper dierum xxx. causa suæ excusationis ante competentem iudicem allegare.

De Suspectis.

** Suspectum tutorem vel curatorē vt hinc postulari poterit, eū dicimus qui ex dolo malo in tutela versatur, aut sordidè vel pernitiosè gerat, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus, quod in priuatos vsus transferre sit ausus: tūc enim vel postulatus, vel magistratus officio, vt suspectus moueri pōt. l. tutor quoque. §. præterea. & §. nū: videant. ff. de suspect. tutor.*

NON solū aūt tutores volētes excusantur, sed & inuiti quandoque, vt suspecti * remouētur qui ex fide non administrant. Alioqui si ex fide administrent (licet soluendo non sint) non remouentur vt suspecti, sed curator eis adiungitur.

De reddenda ratione tutelæ.

QVI autem non excusantur, siue gerant siue non, de reddenda ratione finita pupillari ætate, iudicio tutelę (pupillis adultis factis) tenentur. Sed si quidem vnius pupilli, plures tutores sint, siquidem diuisam regionibus habent administrationem, pro ea parte tantùm tenentur. Si verò pro indiuiso administrant, in solidum vnusquisque tenetur. Hæc autem omnia quę dicta sunt de tutoribus, de curatoribus intelligantur, in his solùm habita differentia, quod tutor non rei, sed personæ datur: curator non personę, sed rei. Item tutor, ad certum tempus, & ex certo tempore non datur. Curator verò & ad certum tempus, & ex certo tempore, & ad certam rem, recte datur. Item

tutor

tutor pupillis tantùm datur: curator verò & pupillis & adultis, & in omni ætate dari potest. Et tutor quidem iudicio tutelæ rationem reddit. Curator verò iudicio negotiorum gestorum tenetur.

SECVNDA PARS, SIVE LIBER SECVNDVS.

De rebus diuini iuris & humani.

SVPERIORE libro de iure personarum actum est: nunc autem videamus, de rebus quæ in nostro patrimonio habentur. Rerum * enim aliæ sunt diuini iuris: aliæ verò humani iuris sunt. Diuini iuris sunt res sacræ, religiosæ & sanctæ. Sacrum est, quod ritè Deo, & per pontificem dedicatū est. Alioqui si quis sua authoritate velit sacrum constituere, non est sacrum, sed profanū: vt sunt templa & donaria, ad perpetuū vsum diuini cultus destinata. Ea verò quæ ad vsum inibi deseruientium destinentur, veluti prædia, & domus, licet sacra non sint: tamen veluti sacra si immobilia sint, vel mancipia rustica, vel ciuilis annona, alienari * prohibentur, vel

** Rerum. Vide l. 1. l. in tantū. & l. sanctū. ff. de rer. diuis. & Caiū. lib. ij. instit. c. j.*

** Sacrū. Licet Macrobius ex Trebatij lib. j. de religionibus referat, sacrum esse, quòd deorum habeatur modo ex cōsecratione per pōtifices ritè facta. in l. sacra loca. ff. de rer. diuision. modo absque consecratione, qualia sunt donaria quæ Dijs offeruntur. hinc & sacrificiū appellatū est. Hodie tamē nullus locus sit sacer, nisi per Christianos episcopos consecratus. c. nemo. di. 1. & authen. de ecclesiastic. titulis. §. si quis autē. col. ix.*

** Alienari. Res sacras obligari vel alienari & Iustinianus prohibuerunt. l. iubemus. C. de sacrosanct. eccl.*

hypothecæ ſeu pignoris titulo, obligari niſi cauſa redemptionis captiuorum, vel iure emphytheoſeos, vel iure permutationis habitæ, vel inter eccleſiam & eccleſiam, vel inter eccleſiam & photium, vel alias venerabiles domos, vel inter eccleſiam & alias venerabiles *a* domos, & principem. Sanctũ eſt, * quòd ſanctione quadam ſubnixum eſt, veluti muri, & portæ ciuitatum, vnde & capite puniuntur, qui ea ſine magiſtratus competentis permiſsione, dolo *b* malo corruperint. Religioſum * autem locum vnuſquiſque ſua voluntate facit, dum in eum locum infert mortuum, in quo ius inferendi habet: licet autem religioſus locus diuini iuris ſit, ius tamen inferendi, humani iuris eſt, quod & ad hæredem tranſmitti poteſt, & inter viuos alienari non poteſt, niſi ſit tantum familiæ: tunc enim extra familiam alienari non po-

Bona tamen eccleſiæ ad vſum ſeruientiũ deſtinata & alienari & obligari poſsũt quãuis immobilia ſint: vt ſi æs alienũ vrgeat, vel euidẽs vtilitas, vel æquitas ſuadeat. auth. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſanct. eccleſ. hocque cũ ſolemnitate. c. de nullo. de reb. eccleſ. nõ alien. & in clem. eod. tit.

*a Aliàs venerabiles domos. i. xenodochiũ, orphanotrophiũ, brephotrophiũ, Gerontochomiũ, naſochomiũ, theochiũ, ſeu catatrophiũ. locus venerabilis, in quo pauperes & infirmi paſcuntur. xenodochiũ in quo peregrini. ſtaſochomiũ, in quo ægri curãtur. Orphanotrophiũ, in quo deſtituti a parentibus. Gerontochomiũ, in quo ſenes Bephotrophiũ vbi infantes. * Sanctũ eſt. Sanctũ interdũ ſacrũ eſt, interdũ religioſum: ſed illud authore Martiano, qđ ob iniuria hominũ defenſum atq; alienum eſt, à ſagminibus dictũ. l. ſanctũ. ff. de rer. diuiſ. b Dolo malo. i. voluntariè. cũ nulli iuſtã cauſam corrũpendi habuerit. * Religioſum Religioſum locũ dicimus a nobis remotũ & ſanctitate quadã venerãdũ vti cœmeteria. Nã ante poteſtatẽ iuris de cœmeterijs cõſecrãdis vnicuiq; liberu erat propriũ locũ facere religioſum inferẽdo mortuũ, modo id extra vrbem faceret. Nam in vrbe ſepelire mortuũ tam lege xij. tabula. quàm principũ conſtitutionibus vetitũ erat. Cicero lib. 2. de legib. & l. iij. §. Diuus. ff. do ſepulc. violat. Hodie vero iure canonico ſine epiſcopi authoritate locus*

non fit

teſt. Res autem humani iuris, aliȩ ſunt publicæ, aliæ vniuerſitatis, aliæ ſingulorum, aliæ nullius in bonis. Publicæ, * vt mare, flumina, littora maris, vſus quoq; riparum publicus eſt. Itaque per ea nauigare, naues arboribus ibi natis ligare, retia ſiccare, pices capere, & cætera facere, quæ communi vſui impedimento nō ſint cuilibet liberum eſt. Proprietas autem riparum, eorum eſt, qui prope ripam, prȩdia poſsident. * Vniuerſitatis *a* ſunt, & nō ſingulorum: vt forum, theatra, ſtadia, & cætera quæ publico vſui ciuitatis deſtina ſunt. Nullius in bonis ſunt, vt beſtiȩ, volucres, piſces, quæ in naturali libertate retenta à nullo poſſeſſa ſunt. Eiuſdem etiam iuris ſunt, res hæreditariæ ante quàm aliquis exiſtat hæres ex teſtamento vel ab inteſtato. Sed tamen quia hæreditas vicem perſonæ ſuſtinet, *b* cuilibet occupanti non conceduntur. Item res habita pro derelicto, nullius in bonis eſſe creditur. Singulorum autem res ſunt, quæ in vnius cuiuſque patrimonio ſunt, quȩ acquiruntur, cuique, aut ſpeciali iure, aut per vniuerſitatem.

non ſit religioſus. per doct. in c. abolēdæ conſuetudinis. de ſepul. extr.

** Publicæ. Publica ſunt, quæ ex cōſtitutione iuriſgentium ſecūdary ad vſum publicū omnium hominum, ſecundū diſtincta & varia dominia deputata ſunt. quorū quidē vſus non minus cōmunis eſt, quam cōmunium: attamē proprietas aliquo modo videtur eius populi eſſe, qui ea locarbi [illegible] ſunt, occuparunt. hinc Vlp. a. dixit, propriè publica appellari, quæ populi Romani ſunt. l. bona ciuitatis. ff. de verb. ſig.*

** Vniuerſitatis. Vniuerſitatis [illegible] latè ſumpto vocabulo etiā publicæ dicuntur. l. ſed Celſus. ff. de cōtrah. empt. a Quia licet omnes poſsint dicere noſtrum eſt, nullus tamen poteſt dicere meum eſt. * Nullius. Hæc nullius eſſe dicuntur, quæ neque ſunt communia, neque publica, neque vniuerſitatis, neque ſingulorum: ſed quæ diuini iuris ſunt ex hominū diſpoſitione. Et ſi igitur comunia & publica interdum nullius dicuntur. l. j. ff. de rer. diuiſ. hoc tamen a ſacris & religioſis differunt, quòd hæc ſunt in vſu Dei, alia vero in vſu hominum. b Quia ſicut hæredis eſſet, ita quicquid acquiri*

tur per seruos vel alio modo, hæreditati acquiritur.

De acquirendo rerum dominio.

SPECIALI enim iure, dominia rerum quæruntur iure naturali, aut iure ciuili. Iure naturali quæruntur dominia rerũ sex modis, occupatione, inuentione specificatione, contributione, accessione, traditione.

Rerum dominia sex modis iure naturali quæri.

De occupatione.

OCCVPATIONE Quęruntur, quæ nullius in bonis sunt. Quod enim nullius in bonis est, occupãti cõceditur. Nullius in bonis sunt, vt pisces, volucres bestiæ quæ feræ natura sunt. Feræ autẽ natura videntur esse illa animalia, quæ à nullo coercita libertate proprij arbitrij, quò volunt se ferunt: vt leones, apri, cerui, vrsi, & huiusmodi similia. Nec interest, vtrum quis hæc in suo fundo capiat, an in alieno. Planè si videris aliquem ingredientẽ in fundum tuum, venandi aut aucupẽdi gratia, potes eum prohibere ne ingrediatur, qui si contra prohibitum ingressus fuerit, iniuriarum tibi tenebitur. Hæc autem ita capta, eo vsq; nostra esse intelliguntur, quousq; nostra custodia coercentur. Aliqui si nostram custodiam euaserint, & in naturalem libertatem se receperint, nostra esse desinũt, &

rursus oc-

rursus occupãtis fiunt. Insula quæ in mari nata est, quòd raró accidit, occupantis fit: nullius enim in bonis esse creditur. At in flumine nata, quòd sæpè accidit, si quidem mediam partem fluminis tenet, eorũ est qui propè ripam prædia vtriusq; possident, pro modo latitudinis cuiusq;, quæ latitudo propè ripam est. Si verò alteri proximior est, eius est, cuius & ager cui proxima est. Thesauros quoq; quos quis in suo loco inuenerit diuus Adrianus naturalem æquitatem secutus, ei cõcessit, qui inuenerit. Sed si quis in alieno solo inuenerit: si quidem fortuitò inueneri, suos esse: sin verò ad hoc, data opera dimidium domino soli, dimidium inuẽtori concessit. Id est, si quis in matrimoniali, vel fiscali loco inuenerit.

De specificatione.

SPECIFICATIONE nobis res acquiruntur, veluti si ex alienis vuis vinum, vel si ex alieno vino & melle, mulsum, vel ex alieno argento ciphum fecerimus. In huiusmodi enim omnibus, talis regula comprobata est: vt siquidem ea res reduci potest ad priorem massam, is sit dominus speciei, cuius fuit & massa: sin verò minimè possit reduci, is erit dominus, qui specificauit, ipse tenebitur domino materiei, cõditione, vel furti actio-

ne, si duorum dominorum materiæ permistæ sunt, si quidem voluntate dominorum, communes erunt: si verò fortuito casu, si quidem separari possunt, eiusdem manent cuius & ante quodq; eorum fuerit, si verò separari non possunt, communes sunt.

** Accessio alia discreta alia concreta.*

De accessione.*

ACCESSIONE nobis, dominia rerum acquirũtur, veluti, ea quæ per alluuionem adijciuntur. Est autem alluuio incrementum latens. Per alluuionem enim id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi non posit, quid quoquo momento temporis, adijciatur. Itaque si alieno agro, flumen partem aliquam detraxerit, & agro meo adiecerit, meum erit. Item si quis in solo meo ædificauerit, accessionis loco mihi quæritur. Nec enim naturalis ratio permittit, vt alterius sit ædificium, quàm cuius & solum. Sed si quidem bonæ fidei a sit possessor, qui ædificauerit, necessarios & vtiles sumptus, dominus ei restituere b compelletur: voluptuarios verò, sine læsione prioris status ei tollere permittitur, nisi & hoc casu, dominus ei æstimationem c offerat sublatorum. Malæfidei autem possessor, necessarios tantum &

a Putans suã esse rem quã possidet.
b Sine quibus consistere posset, sed facta magnã rei vtilitate n conferunt, vt si seruus instruãtur artibus.
c Quantum valerent postquam essent sublati.

tùm & vtilium æſtimationem (inquantum res melior facta eſt) reſtituere cogitur. Item ſi quis in ſolo alieno plantam poſuerit: ex quo ſolo radices coaleſcunt, erit cuius & ſolum. Qua autem ratione plantæ ſolo cedunt, eadem ratione, ſata ſolo cedere intelliguntur. Itē ſi in membrana mea, vel charta, Titius carmen & hiſtoriam ſcripſerit acceſsionis iure mihi cedi. At verò in tabula *a* picta contra eſt. Ridiculum eſt enim picturam Apellis vel Parrhaſij, in acceſsione viliſsimæ tabulæ cedere. Item ſi quis purpuram alienam, ſuo veſtimento adiecerit, vel cipho anſam, vel ſtatuæ brachium acceſsionis iure ſibi cedit. Quicquid enim alicui adijcitur, *b* vt pars vel emblema toti cedit.

a Quod tabula pictura nō picturæ tabulæ cedat.

b Vt cohæreat & vnum fiat.

De traditione & poſſeßione acquirenda, retinenda, amittenda.

PER traditionem nobis, iure naturali, dominia rerum acquiruntur, cùm in alterius rei poſſeſsionem inducti ſumus. Poſſeſsio verò, eſt corporalis rei detentio. Poſſeſsio autem animo & corpore nobis acquiritur, ſolo animo retinetur, ſoloque animo amittitur. Traditio verò eſt corporalis rei translatio.

Incorporalis enim rei non est traditio, sed quasi traditio, id est concessio. Nihil enim tam conueniens humanæ æquitati quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. Igitur si aliquo titulo *a* præcedēte à domino, aut ab alio, domini voluntate res nobis tradatur: eius dominium rei nobis quæritur. Iusti autem tituli sunt vt emptio, vēditio, pro soluto, iudicati, tutelæ, & cætera huiusmodi, quibus rerum dominia transferuntur.

a Id est, causa ex qua dominiū trāsfertur.

Quibus modis ciuili iure dominia rerum nobis quærantur.

CIVILI iure dominia rerum quæruntur, vsucapione, seu temporis longi præscriptione. Vsucapio * autem est, ciuilis acquisitio, per continuationem *b* possessionis, temporis lege definiti. Si quis enim rem mobilem per continuum triennium, sine aliqua legali interpellatione possederit bona fide, & iusto titulo, vsucapione dominus rei efficitur.

**Vsucapio. Modestinus li.5. pādectarum aquisitionem nihil aliud esse quā acquisitionē vel adiectionē dominij p continuationē possessionis tēporis lege definiti. l. iij .ff. de vsucap.*

b Quia si tēpus interrūpitur, vsucapi non potest.

Quæ res vsucapi non possunt.

RES autem minorum *c* vsucapi non possunt. Item quæ diuini iuris sunt, vsucapi nō possunt. Itē nec res furtiuæ, vel nec possessæ vsucapi

c Cùm minor absolutè dicitur vtrū xv. anno intelligitur.

vſucapi poſſunt: quia lex Attilia inhibet vſucapionem niſi vitium purgetur. Vitium autem purgatur, cùm in poteſtatem domini reuertuntur. Item nec res [a] litigioſa [b] aut liber homo vſucapi poteſt. Longi temporis præſcriptio eiuſdem diffinitionis eſt, cuius & vſucapio. Tempus diffinitum in longi temporis præſcriptione, eſt decennium vel vicennium. Si quis enim rem mobilem aliquam, vel immobilem ſeu ſe mouentem decennio inter præſentes, vicennio verò inter abſentes bona fide poſſederit, ſciente domino, cùm is qui alienauit malæ fidei poſſeſſor fuit, ſuam facit. Quibus autem de cauſis, vel prohibetur vſucapi, eiſdem etiam prohibentur præſcribi.

a Rem in litigio poſitã nemini licet dare vel accipere.

b Quæ ducta in litigiũ eſt, & ſententia diffinitiuæ terminata nõ eſt.

** Præſcriptio. Vetetes rectè diffiniuerũt præſcriptionem eſſe exceptionem, quæ ex tẽporis lapſu ſubſtantiam capit, & actiõi obijcitur. quæ diffinitio probatur per integros titulos. ff. de exceptio. ſeu præſcript. de diuerſ. & tẽporal. præſcript. & C. de except. ſeu præſcri. & de annali exceptione.*

De præſcriptione xxx. annorum.

EST AVTEM & alia longi temporis præſcriptio, quæ quidem poſſidentem dominum non facit: verùm contra petentem, exceptione poſſeſſorem tuetur. Si quis enim rem alienam bona fide, ſeu ſciens alienam titulo, vel ſine titulo per iuge triennium, ſine aliqua legali interpellatione pro ſua [c] poſſederit, aduerſus petentem quemlibet

c Quod ſi alij poſſeant, vt creditor colonus, nõ præſcriptione tuetur.

d l. venerabiles domus vel fiſcus, perſonæ dicũtur: quia vicẽ perſonæ in acquiſitiõibus tenẽt, ſicut de hæreditate dictũ eſt. Sine vti velut eſt, poſſeſſionẽ

(nisi sit ,venerabilis c domus vel fiscus iusta se præscriptiõe defendet. Hę enim personæ,non nisi quadraginta annorum præscriptione remouentur. Si autem huiusmodi possessor,post emensum præfatum tempus,siue è vi possessione exciderit, si quidē bona fide possedit, & contra possidentem actionem ad eam petendā habebit.Mala fide verò possidenti,nulla actio prodita est,nisi vi de possessione sit expulsus. Tunc enim interdicto vnde vi, intra annum vtilem [a] & ex sacris constitutionibus perpetuò agere poterit: quibus constitutionibus cauetur,vt si quis rem alicui possidenti per vim abstulerit,si quidem ipsius auferentis erat, dominio eius cadat: sin verò alienam, & post restitutionem rei eius vim passo, præstet æstimationem. Vi autem videtur auferre, qui non per iudicem reposcit. Est autem vis necessitas imposita contrariæ voluntati. vis est maior rei impetus, qui repelli non potest secundum Paulum. In connumerandis autem temporibus, etiam authorum tempora successoribus, prosunt. Aduersus autem triennalem præscriptionem, ipso iure minores non iuuantur, sed per restitutionem in integrum [b] sicut & in omnibus alijs causis, [c] in quibus se aliqua ratione læsos monstrari possunt. & si à tutoribus, vel curatoribus damnum sarci

absentis aliquis aggressus est.

a Vtilis annus dicitur, intra quē copia agendi est. alio qui si intra annū ex quo vi deiectus est, agere non potuit, fortè quia magistratum non habuit, & in aliū annū agendi potestas dabit, & ita vsq; ad xxx. ann. quādoq; annus vtilis poterit prolongari.

b Restitutio in integrū, est ius quo sententia prætoris certis ex causis per ius ciuile rescinditur.

c Per æquitatem quia minori quicquid iure stricto amisit, ei restituitur, veluti in emptione.

num sarcire possint post xxv. annorum curricula, vel post impetratrionem a ætatis iusta iuge quadriennium eis succurritur, nisi dolo suo lapsi sint, vel contra matrimonium, vel iusiurandum restitui postulent. Per auxilium & in integrum restitutionis certis ex causis, & maioribus succurritur, tam aduersus præscriptiones, quàm etiam cætera iura. Certæ autem causæ sunt, veluti si quis causa reipublicæ absit, vel in hostium potestate sit, vel si copiam magistratus non habeat, aut necessaria peregrinatione detineatur, & aliæ huiusmodi quas facilè est intelligere ex Digestorum libris, titulo quibus ex causis maiores in integrum restituantur. Succurritur etiam maioribus per iustam ignorantiam. Ignorantia autem alia est facti alia iuris. Facti autem ignorantia omni generaliter succurritur, tam in lucro quàm in damno, nisi sit supina ignorantia: veluti cùm vnus ignorat, quod omnes faciunt in ciuitate. Factum enim quisque ignorare potest. Iuris verò ignorantia non omnibus subuenit, sed certis duntaxat personis: veluti militibus & præcisè: item mulieribus & rusticis, in certis casibus, & hæc vera sunt, cùm de lucro captando quæritur: si verò de damno agatur, iu-

a Si minores adeò prædiu sint honestate morum & scientia, vt idonei ad administrationẽ suarũ rerũ sint, permittitur maioribus post viginti annos, fœminis verò post decimum-octauũ preces Imperatori porrigere, & suarum rerum administrationem impetrare, vt idem illud quod deest eis ex natura mereantur ex industria per impetrationẽ.

ris ignorantia omnibus ſubuenitur, niſi ſolutum ſit ex cauſa iudicati, vel tranſactionis, vel ex qua lis creſcit in inficiendo, vel naturale ſit debitum, quod ſolutum eſt. Idcirco iuris ignorantia non omnibus in lucro & damno ſubuenitur, ſicut ſubuenitur per ignorantiam facti: quia ius certum & præfinitum eſt, & ab omnibus ſciri debet. At enim ius. Leges ſacratiſsimę quæ cõſtringunt hominum vitam, ab omnibus ſciri debent. Factum verò, nulla ſub ſcientia capi poteſt.

De donationibus.

EST AVTEM & aliud genus ciuilis acquiſitiõis, q̃d dicitur donatio. Donationũ aũt alia inter viuos, alia mortis cã. Inter viuos alia ſimplex, alia propter nuptias. Simplex donatio * eſt, quæ ex ſola liberalitate procedit. Propter nuptias donatio eſt, quæ cã cõprehẽdarum nuptiarũ datur. Propter nuptias donationũ alia dos, alia tantũ propter nuptias donatio. Dos eſt quæ à parte ſponſæ, ſponſo, vel parti ſponſi cauſa contrahendarũ nuptiarum datur. Propter nuptias tantũ donatio eſt, quæ etiam ante nuptias dicitur, quæ ſpõſæ eadem de cauſa à ſponſo datur. Huiuſmodi autem donationes, id eſt dos, & propter nuptias donatio etiam conſtante matrimonio fieri vel augeri poſ-

** Donatio. Eſt autem donatio liberalitas quædam, quæ nullo iure debetur: vnde plura concurrere oportet, vt propria & perfecta ſit donatio. Primũ vt ſit pura, adeóq; ex mera liberalitate proficiſcẽs. l. j. & l. hoc iure. ff. eo. Secũdò ne fiat ob cauſam d. l. hoc iure §. j. & fin. deinde vt ſit libera hoc eſt vt donans neq; ciuili, neque naturali obligatione obſtrictus ſit. d. l. hoc iure. §. ſi quis ſeruo. & l. donari. ff. de regul. iur. Poſtremò vt inter viuos fiat, repetitionẽ que non habeat. §. alia. inſtitu. eod.*

geri possunt. cùm cæteræ donationes inter viuos, non solum inter viros, & vxores, sed inter eas personas quæ potestate a iungũtur, sint prohibitæ: nisi sit quid causa cotidiani vsus, inter se donet. Harum aũt donationum, parẽ esse b quantitatem, pactaq; & de retentione pari modo cõponi, & augmenta pari modo debere fieri, noua Iustiniani cõstitutio iubet. Mortis causa donatio est, quæ fit propter suspitionem mortis. Huiusmodi species, duæ sunt, aut enim ita quis donat, vt statim velit eum habere, cui donat, nec etiã morte nõ secuta reuocari. vel ita donat, vt malit se habere quã eũ cui donat, vel quam hærede suum. Et prior quidẽ donatio simplicibus donationibus cõnumeratur, hæc verò vim obtinet legatorũ, id est, morte confirmatur. In donationibus ergo inter viuos, & quantitatem conside rare oportet, quæ si maior fuerit quingẽ torum solidorum, gestis intimari oportet, excepta donatione habita in venerabiles domos, vel habita in imperatorem, vel ab Imperatore.

a *Potestate. Iungi tur nobis tam is in cuius potestate sumus quam qui in mea potestate est, vel qui mecum in eiusdem potestate est.*

b *Parem se quantitatẽ, id est, quantum sponsa donaret sponso, tantum ab eo accipiat non vult. Soluto matrimonio tantum debet recipere vxor, ex donatione propter nuptias, quantum vir ex dote.*

Quibus modis reuocantur donationes.

REVOCANTVR autẽ donationes * ob ingratitudinem. Ingratitudinis causæ sunt hæ.

i * *Donationes. Donatio inter viuos regulariter propter factum traditionem non reuocatur l. si donatis. C. dona. Exceptis aliquot modis iuxta l. si. & l. si vnquã C. de reuocand. dona. l. tale pactum § si. ff. de pact. c. si.*

Si impias manus contra donatorem mouerit, vel si magnum & intolerabile dānum ei iniecerit, vel si contumelias ei atroces fecerit. His enim interuenientibus, non solùm aliæ donationes, sed etiā libertas reuocatur. Reuocantur etiam donationes, si sub conditione, vel propter causam datæ sint, & cōditio, vel causa non sit secuta. Pacto autem donationis interposito, donator condictione ex lege, ad rem tradendam tenetur.

extr. de dona. Accurs. in §. sciēdum. institu. de dona.

a Veluti si ita datum sit, si Rex venerit in Italiā, vel propter causam. i. si ita datum est vt aliquid fiat, vel ne fiat.

b I. Præter illam diuisionē Res aliæ diuini iuris aliæ humani iuris.

De rebus corporalibus vel incorporalibus.

PRAETEREA *b* sciendum quidem est, quòd quædam res sunt corporales quędam incorporales. Corporales sunt, quæ tangi possunt, vt fundus, homo, vestis. Incorporales sunt quæ tangi non possunt, veluti ea quæ in iure consistunt: sicut seruitutes rerum vel personarum. * Item hæreditas vel obligationes. Nec nos mouere debet, quòd in his sunt corporales res. Nam ipsum ius seruitutis: veluti ius vtendi fruendi, & hæreditatis, & obligationis incorporale est

** Rerum vel personarum. Martianus in l. j. ff. de seruitu. Seruitutes dicit alias esse personarum, alias rerū: vnde illæ personales, hæ reales appellatæ sunt. Florentinus lib. 9. instit. personalem seruitutem esse iuris gentium constitutionē qua quis dominio alieno, contra naturam subijcitur. l. iiij. § j. d: stat. homi. §. seruitus. institu de iure perso. realis autē est quæ debetur a re rei.*

De seruitu-

De seruitutibus prædiorum vrbanorum aut rusticorum.

SERVITVTES autem rerum sunt seruitutes vrbanorũ * prædiorũ vel rusticorũ. Ideo autem seruitutes rerum dicuntur, quia nemo potest eas habere, nisi qui habet prædium. Prædiorum autem vrbanorum, sunt seruitutes, veluti hæ, ius prospiciendi, vel non prospiciendi: ius alterius ædificandi, vel non ædificandi, ius etiam tignum immittendi, stillicidium vel cloacas in suo recipiendi. Prædiorum rusticorum iura, veluti hæc, iter, actus, via, aquæductus, pecoris ad aquas appulsus. Iter est ius eundi. Actus ius eundi agendiue. Via est ius eundi, agendi, ducendiue. Igitur qui actum habet, & iter habet: qui verò viã habet, & iter & actum, non conuertitur. Quòd viæ quidem latitudinis octo pedum in directo, & sexdecim in anfractum spatium esse oportet. Itineris verò vel actus spatium, non diffinitur. Constituuntur autem seruitutes, testamento, pactionibus. Acquiruntur etiam longi temporis præscriptione. *

* *Vrbanorum.* Vrbana prædia sunt omnia ædificia habitandi causa facta, vbicunq; illa sint, siue in vrbe siue extra vrbẽ, in vicis villísue: quia vrbanũ prædium nõ locus facit, sed materia. l. vrbana. ff. de seruit. vrb. prædio. l. vrbana prædia. ff. de verb. signif. Rustica sunt agri & pascua, & si qua in ijs stabula, pecorum habitationi, siue fructibus percipiẽdis colligẽdisq; præparata. l. eo iure. § stabula. ff. in quib. caus. pig. vel hyp. latius p Bartho. & hepoiam in xj. c. de seruit. vrb. prædio.

* *Præscriptione.* Seruitutes quæ longo vsu quæruntur sunt hæ, continuæ & discontinuæ.

De vsu & vsufructu & habitatione.

PERSONARVM seruitutes sunt hę, vsus, vsusfructus, habitatio. Vsus * autem est ius vtendi. Vsusfructus ius vtendi fruendi re aliena, salua rerum substantia. Habitatio est ius alienis ædibus inhabitandi. Differũt autem vsus & vsusfructus, quia in vsufructu vsus continetur: in vsu verò vsusfructus non vtique. Qui enim in aliqua re vsumfructum habet, capiendo fructus omnes suos facit, quos etiam licet ei vendere, donare, & quomodo voluerit, tractare. Qui verò vsum tantùm habet, fructibus ad suũ vsum & familiæ suæ vti potest. vendere autẽ eos, vel donare vti non potest. Item qui ædim vsum vel habitationem habet, ipse tãtùm cum familia sua habitare potest: alijs autem locare vel commodare non licet. Qui verò vsumfructum habet, hæc omnia facere potest, & alium vsufructuarium constituere potest, vti omnes ij debent, sicut bonus paterfamiliâs: vnde si quis gregis vsumfructum habet, in loco capitum de mortuorum ex fœtibus alia submittere debet. *a*

** Vsus. Vsum esse ius vtendi rebus alienis salua rerum substantia, Accursius definiuit in l. j. ff. de vsu & habita.*

a Quia non constringuntur: vt de suo acquirant, & submittant.

Quibus

Quibus modis ſeruitutes perſonarum tollantur.

HVIVSMODI autem perſonarum ſeruitutes, tam morte vſufructuarij, quàm etiam duobus capitis diminutionibus, maxima ſcilicet, & media finiri ſolent. Item pacto, item dominio rei acquiſito tollitur vſusfructus. hæc autem iura quæ perſonarum ſunt, ad hæredem non tranſmittuntur.

Per quas perſonas nobis acquiritur.

HOC etiam loco admonendi ſumus acquiri nobis, non ſolùm per noſmetipſos, ſed etiã per eos, quos in poteſtate habemus. Et quidem quod per ſeruos noſtros acquiritur, ſine vlla diſtinctione nobis acquiritur. Per liberos noſtros quos in poteſtate habemus, conſtat nobis acquiri, ſi quidẽ ex re noſtra, vel ex operibus noſtris acquirant. Milites tantùm filijfamiliâs, & aduocati, & clerici, & qui publica adminiſtratione funguntur, & generaliter qui caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium a meruerũt, quicquid ex ſuis profeſsionibus quęrunt, ſibi

a Peculium, eſt patrimoniũ perſonæ in poteſtate conſtitutæ. & eſt triplex, Caſtrenſe. quaſi caſtren. & paganũ. l. ſi. C. de inoffic. teſta. Item paganum diuiditur in profectitiũ. & aduentitium.

quærunt. In his enim donandi, testandi, aut quomodo voluerint alienandi, libera facultate concessa. Si verò aliundè filijsfamiliâs quæritur, præter ea quę sunt castrensis peculij, vel quasi castrensis peculij, si quidem ex re patris, vel ex operibus suis quærunt, parentibus quantum ad proprietatem & ad vsumfructum acquirunt. Si verò aliundè, vsusfructus solùm quæritur parentibus, nisi in ea conditione eis aliquid datum vel relictum fuerit, vt nihil iuris in eo pater habeat. Itē quod seruus vsufructuarius, aut seruus alienus & liber homo bona fide possessus quærunt ex re mea, vel ex operibus suis, mihi quærunt. Item vtilitatis causa, per procurationem, possessionem quæri posse receptum est.

De acquisitionibus per vniuersitatem.

PER vniuersitatem quoque res nobis acquiruntur, quatuor modis, hæreditate, bonorum possessione, arrogatione, adiectione. Est autem hæreditas successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. Hæreditatum autem alia ex testamēto alia ab intestato.

De testa

De testamentis.

TESTAMENTVM * verò est vltimum eulogiũ, quo directò a relinquitur hæreditas. Eius genera sunt duo, alia in scriptis, alia sine scriptis, quod & nuncupatio vocatur. In scriptis testamentum est, quod fit scriptura intercedente, qua etiam insecuta, non valet. In hoc autem testamento condendo vii. testes adhiberi debent ciues Romani, masculi & puberes, & bonæ opinionis, nomenque etiam hæredis propria manu testatoris, vel publici tabellarij exprimi oportet: omnium testium signaculis vno vel diuersis anulis, signari necesse est. In testamento sine scriptis vii. testibus adhibitis, sola voluntas testatoris tam de institutione hæredis, quàm de alijs capitulis exhigenda est. Hæc autem obseruantia non solùm militibus, sed & rusticis remissa est. Quocũque enim modo voluntas eorum pateat: legitimum sortietur effectum.

* Testamentum. Testamentum Vlpianus in l. j ff. eo. his verbis definit, inquiens test amentum est voluntatis nostra iusta sententia, de eo quod quis post mortẽ fieri volu. t. Origine cuius iuris gentiũ esse tenet cõmuniter doc. in rub. ff. de acqui ren. hæredi.

a Directò, id est, nulla persona media interueniente, veluti cùm ita dicit Pandulfus hæres esto.

b Eulogium est dispositio, vltimũ dicitur, quia causa mortis fit quocunque tempore fiat.

Qui testamentũ facere nõ possunt.

TESTAMENTVM quidem facere, nec impuberes vel furiosus aut prodigus cui bonorũ administratio interdicta est, possunt. Item mutus, &

ſurdus,& cæcus, & qui morbo perpetuo laborat:non(niſi comprehenſo conſtitutionis modo) teſtari poſſunt. Item epiſcopi, & cuiuslibet venerabilis domus adminiſtrator de rebuspoſt conſecrationis diem acquiſitis,niſi iure cognitionis, vſque ad quartum gradum, teſtari non poſſunt.

Qui hæredes inſtitui poßint vel non poßint. *

QVI AVTEM teſtatur, hæredem inſtituere oportet. Hæredes verò inſtituere poſſumus,tam liberos homines, quam ſeruos,& tam proprios,quàm alienos.Sed ſi prius hæres inſtituatur, vel etiam aliquid ſibi legetur, etiam libertas tacitè videtur relicta: niſi nominatim teſtator aliquid expreſſerit. In alieno verò ſeruo,hærede inſtituto, vel legato honorato inquirendum eſt, vtrũ ſciens an ignorans eſſe ſeruum, teſtator ei reliquerit: vt ſi quidem ſciens,valeat relictum:ſi verò putans liberum,minimè valeat. Qui verò ex iniuſtis *a* nuptijs procreati ſunt, vel ex ea concubina, quæ vxor eſſe non potuit,nullo modo hæredes, vel legatarij parentibus fieri poſſunt. Qui autem ex ea matre nati ſunt, quæ legitimè vxor *b* eſſe potuit,ſi quidem legitimi libe-

ri extent

** Nõ poßint. Hæredes inſtitui non poſſunt, improbi & inteſtabiles: itẽ filij eorũ qui læſæ maieſtatis ſunt cõdemnati. l. quiſquis.§.filij. ... ad l. Iul.maieſta. Item deportati & peregrini.l.j.C.de hæred.inſti.item hæreticis.l.j.C.de hær. inſtitu. item Anabaſtitæ & apoſtatæ idolis addictis.l. hi qui. & l manicheos.C.de apoſta. Et generaliter quibuſcũq; legari non poteſt. ijdẽ nec hæredes inſtituũtur. §.legari.inſtitu.de legat.*

a Iniuſtæ nuptiæ ſunt, quæ contra præcepta nuptijs ſuperius attributa contrahuntur.

b Veluti nec cogna

ri extent in vncia solummodò cum matre pro virili portione diuidenda institui possunt. Sed si quidem mater eorum defuerit, nihilominus in vnciam admittuntur. Legitimis autem liberis nō existentibus, etiam totius aſsis capiendi ius habent, nisi & hoc casu parentes defuncto extent. Tunc enim parentibus legitima portione dereliсta reliqui ius capiendi habent. Non solùm autem in testamento vnus institui hæres potest, sed etiam plures.

ta, nec alio modo interdicta.

De diuisione hæreditatis.

DIVIDITVR autem hæreditas plerumquè in xij. vncias, quæ aſsis appellatione continetur. Habent autem hæ partes, propria vocabula, ab vncia vsque ad assem: vt puta sexcuns, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, sextunx, bes, dodrans, dextans, deсunx, as. Potest tamen quis & plures & pauciores partes hæreditatis facere, quæ tamē rediguntur ad assem. Nam & si quis xx. partes suę hæreditatis fecerit xx. vncię, aſsis appellatione continebuntur. Item si quis vnum tantùm hæredem ex semisse instituat, totū as, in semisse erit. Neq; enim quis in parte testatus, in parte intestatus, decedere potest, nisi sit miles.

De liberis exhæredandis vel hæredibus instituendis.

CVRARE autem debet is qui testatur liberos suos legitimos, aut hæredes instituere, aut exhæredare, álioqui inutiliter testatur. In exhæredando verò causæ ingratitudinis sunt hæ. Si parentibus audaces manus imposuerit. Si graues & inhonestas cōtumelias eis faciāt. Si in criminali causā, excepto crimine perduellionis, *a* eos accusent. Si cū maleficis, quasi malefici conuersentur. Si parentum vitæ insidiati fuerint. Si se paternæ vxori, vel concubinæ turpiter miscuerint. Si per calumniam, vel delationem *b* suam graui damno parentes affecerint. Si pro inclusis in carcere (inquantum sunt idonei *c* liberi masculi) non fideiusserint. Si parentes testari prohibuerint. Si eos captiuos non redemerint. Item si furiosis parentibus, curam non adhibuerint. Item si filij hæretici, parentes Ortodoci sint. Propter has autem causas etiam liberi, parētes suos exhæredare possunt. Hoc primùm in filia liberis obseruandum, si in contrahendis nuptijs, *d* patris voluntati non consenserit, & posteà more meretricis stuprata fuerit, quòd si nulla istarum causarum

a Cùm aliquis molitur aliquid contra propriam personam Imperatoris, vel contra rem publicam.

b Delatores sunt qui facta in publicum deferunt.

c Quia fœminæ pro alio fideiubere non possunt, propter senatusconsultum Velleia.

d Nota quòd in cōtrahendis nuptijs, filia patris voluntati contraducere potest.

ſarum probabitur, nec etiam falcidia re-licta filijs vel parentibus prohibetur. Inofficioſi querela, rumpitur teſtamentum.

De lege Falcidia.

EST autem Falcidia, ſi vnum quis, vel duos vel tres, aut quatuor filios habeat, tertia debitæ portionis ab inteſtato. Si quis verò quinque vel ſex, ſeu plures filios habeat, dimidia portionis ab inteſtato debitæ. hanc verò portionem ſine omni onere, ad parentes ex teſtamento liberorum, ſeu liberis ex teſtamento parentum peruenire, iuris authores voluere. In ratione *a* autem falcidiæ non ſolùm relicta, & contra donationes, ſed etiam dos & propter nuptias donatio, computari debet: niſi ſpecialiter aliud ſenſiſſe teſtatorem probari poteſt. Non ſolùm autem iam natos liberos hęredes inſtituere oportet, ſed etiã poſthumos. Alioqui agnoſcendo rumperent teſtamentum.

a Id eſt in computando vtrũ aliquis habeat falcidiam.

De diſtributione rerum inter liberos.

HAEREDIBVS autem inſtitutis, vnuſquiſque mortuo teſtatore, ſuæ portiõis pro indiuiſo dominus eſt

nisi testator sui patrimonij inter eos distributionem fecerit: tunc enim testatoris voluntas est seruanda. Non solùm autem testamento, sed etiam quacunque volũtate huiusmodi distributionem inter liberos facere potest, dummodò huiusmodi voluntas subscriptione propria testatoris, vel liberorum confirmetur.

De substitutionibus & restitutionibus.

POTEST autem quis in suo testamento, etiam plures gradus hæredum facere, vt puta Titius hæres esto, quòd si Titius hæres esse noluerit, Seius hæres esto, quę etiã substitutio vocatur. Vel ita: Titius hęres esto, & postea rogo te Titi, vt quamprimùm poteris hæreditatem meam Seio restituas: quæ restitutio vocatur. Potest etiam & quod voluerit suo testamento quis substitutiones facere.

Si hæres legata soluere noluerit.

CVM autem quis aliquem hæredem substituerit, & ab eo totam hæreditatem, vel eius partem, vel specialia fideicommissa, vel legata reliquerit: si quidem scriptus hæres parens est, vel patronus, vel aliquis ex liberis: si quidẽ intra annale

nale ſpatium à morte teſtatoris numerandum, voluntatem teſtatoris impleuerit, habeat firmiter hæreditatem: ſin verò poſt annale ſpatium in tantum moras faciat, vt hi quibus relicta ſunt, iudicem adeant, & victricem ſentẽtiam capiant, & poſt iudicialem calculum annale prætereat ſpatium, tunc legitima portione retenta, reliquum amittat: quod quidem primo loco ad ſubſtitutos: ſecundo ad cohæredes: tertio ad generales fideicommiſſarios *a* quarto ad eos qui libertate donati ſunt, deferatur. Qui verò hæc habuerit, voluntatem defuncti omninò adimpleat Quòd ſi extraneus inſtitutus hæres, & prædictam moram faciat: nullum emolumentum prædictæ hæreditatis capiat, ſed tota hæreditas ad perſonas (ſecundum ſuprà comprehenſum ordinem) perueniat: his autẽ perſonis deficientibus, cognatis & agnatis pateat aditus: quibus deficientibus extraneis demùm fiſcus admittatur, & ipſe voluntatem domini impleturus. Minoribus autem inſtitutis hæredibus, præfata mora non obeſt.

a A quibus tota hæreditas, vel hæreditatis pars relicta eſt.

De legatis & fideicommiſſis.

POSTQVAM diximus de teſtamẽtis, videamus de legatis & fideicommiſsis. Eſt autem legatum donatio quædam à defuncto dire-

cto relicta. Inter legatum verò & fideicommissum hoc inter est, quòd legatum directò, fideicommissum verò semper per interpositam personã relinquitur. Item in legato semper speciales res, vna vel plures continẽtur. In fideicommisso verò etiam hæreditas relinqui potest. Legari autem potest, nõ solùm propria res testatoris, sed & aliena. Sed cùm aliena legatur, inquiri debet, vtrum testator sciens, an ignorans alienam, legauerit. Si sciuit alienam, valet legatum. Quòd si ignorauerit, inquirendum est, vtrum si sciisset legasset, necne. Nã priori quidem casu valet legatum: posteriore verò soluitur. Re aliena legata, hęres necesse habet (cùm legatum valet) eam acquirere, & legatario soluere: aut si non potest, eius æstimationem præstare. Potest autem quis non solùm purè, sed etiam cum conditione legare. Impossibilis verò cõditio in relictis pro non scripta habetur.

De retentione falcidiæ, ex senatusconsulto Trebelliano.

POTEST autem quis, non solùm vnam rem legare, vel per fideicõmissum relinquere, sed etiam totum patrimonium suum legatis & fideicommissis exhaurire.

haurire: sed hoc casu scriptus hæres contra immodica legata, & fideicommissa, auxilio Trebelliani & Pegasiani senatusconsulti, se tuebitur per interuentionem falcidiæ. Est autem falcidia a hodie, si eudem hæres scriptus sit de ascendentibus & descendentibus, debitæ portionis ab intestato tertia, vel dimidium, secundum iam dictum modum: sin verò extraneus hæres scriptus sit, quarta suæ institutionis. Falcidia verò non in vna re, nec ex vno legato, aut fideicommisso, sed ex vno quoque relicto pro rata b portione detrahi debet. Nec enim permittitur hæredi vni solida relicta præstare, & alij minuere. Alioqui si vni solida relicta, præstiterit, & cæteris in solidum præstabit.

a In retentione falcidiæ omnes dicuntur extranei, excepti ascendentibus & descendentibus.

b Pro rata, pro.l. si ex vno detrahit verbi gratia tertia pars, ex omnibus eadē detrahi debet pars.

De confectione inuentarij.

HAEC AVTEM auxilio, ita demùm scriptus hæres vtetur, si antequàm hæreditatem adeat, inuentarium fecerit omnium rerum hęreditariarū, præsentibus his, quibus relicta debentur, vel procuratoribus eorum, aut absentibus, aut præsentibus quidē: venire verò vel procuratores mittere nolentibus, adhibitis ex eadem ciuitate testibus idoneis. Qui autem hanc obseruationem omiserit, ex suo pro-

prio, relicta ſoluere compelletur. Hæc *a* quidem toties locum habent, quoties ſui patrimonij modum, teſtator non expreſſerit, & ſcriptum hæredem falcidia vti prohibuerit. Siquidem ſcriptus hæres extraneus *b* fuerit falcidia non vtetur. Quòd ſi item hæres ſcriptus hæreditatem adire noluerit, ſupradictis perſonis, prædicto modo adeundi poteſtas fiat.

a *Vt faciat inuentarium & falcidiã retineat.*

b *Si ſcripti hæredes nõ ſint, de aſcẽdentibus, vel deſcẽdentibus extranei dicuntur.*

* *Legati. Falcidiã nedum ceſſare, ſi legata ſint pijs cauſis deſtinata: ſed etiam ſi hæres inuentarium non cõfecerit, aut teſtator conſcius viriũ ſui patrimonij hæredẽ falcidia vti prohibuerit.*

De imminutione vel excluſione falcidiæ.

MINVITVR vel excluditur etiam falcidia, ſi pijs locis legata, * vel fideicommiſſa fuerint derelicta.

* *Codicillis. Codicilli ſunt noſtræ voluntatis ſententia de eo qđ quis poſt mortem ſuam fieri voluit ſine hæredis inſtitutione.*

De codicillis.

NON ſolùm teſtamentis, ſed etiam codicillis * relinqui poteſt. & in teſtamẽto vij. teſtes adhibentur, in codicillo v. ſuf[illegible]. [illegible]eſtatus * decedit, qui aut nullum teſtamentum fecit, aut non iure fecit, vel cuius teſtamentum ruptum irritúmue factum eſt.

* *Inteſtatus. Paulus lib. 67. ad edictum dicit inteſtatum eum eſſe non tantùm, qui teſtamentum non fecit: ſed etiam cuius ex teſtamento hæreditas adita non eſt. l. inteſtatus. ff. de verb. ſignif.*

De iniu-

De iniusto irrito, & inofficioso testamento.

RVMPITVR autem testamentum inofficiosi querela, *vel agnatione posthumi. Inofficiosi querela est, allegatio qua liberi, seu parẽtes, ostẽdũt se iniustè præteritos vel exhæredatos. Datur autem hęc inofficiosi querela liberis aduersus testamenta filiorum vel immodicas donationes. Alijs autem personis non datur, nisi fratri & sorori aduersus turpes personas scriptas hæredes. Ita demùm quis inofficiosi agit, si nihil ex facultatibus defuncti cõsecutus sit. Alioqui autem de repetitione falcidiæ aget. Item posteriori testamento prius rumpitur. Irritum autem fit, cùm scriptus hæres hæreditatem non adijt.

* l & liberis. C de collat.

De hæreditatibus quæ ab intesta. defer.

INTESTATORVM autem hæreditates, hodie primo loco liberis legitimis deferuntur, non habita differentia cuiuscunque sexus sint, vel gradus hęreditate inter eos, non in capita, sed in stirpes a diuidenda. His autem deficientibus, ascẽ-

a Accipiet vnus, quantum nepotes omnes ex filio.

dentibus, capiendæ hæreditatis locus patet, non passim, sed secundum graduum prærogatiuam. Præferantur etiã omnibus ex latere venientibus exceptis fratre, & sorore ex vtroque parente defuncto copulatis, & exceptis filijs defunctorum fratrum. * His enim personis extantibus pariter cum patre vel matre defuncti admittantur, hæreditate non in stirpes, sed in capita diuidenda: ita tamẽ, vt filij defuncti fratris huiusmodi portionem quàm pater eorum accepturus fuisset, si eo tempore viuere t Quod si defuncta persona, neque patrem, aut matrem, aut fratrem, seu sororem ex vtroque parente copulatos, vel etiam filios fratris habeat, tunc alij parentes ad hæreditatem vocentur, secundum sui ordinis gradum, hæreditate sic inter eos diuidenda, vt dimidiam partem habeant hi, qui per patrem ascendunt, capiant. Inter ipsos verò ascendentes, ex parte patris sequuntur eos, qui sunt ex parte matris pro virili portione diuidenda. Quòd si nec descendentes, aut ascendentes quiue inter ascendentes vocantur, defuncto sint, primo vocentur ad hæreditatem fratres vel sorores germani, vel germanæ vel defuncti fratris germani filij vel filia, cum his etiam naturales liberi cum matre eorum in duas vncias admittantur, vt tantùm

* *Defunctorũ fratrum. Fratrũ filij vna cũ alijs defunctis fratribus succedũt repræsentatiõe, qua nedũ inter descendẽtes locum habet: sed etiã inter collaterales: hocque quoties agitur de hæreditate patrui defuncti vel auunculi, amitæ vel materteræ, ad quam nepotes subintrantes patrum suorũ locũ cũ proprijs filijs, hoc est, fratribus defuncti veniũt Huic repræsentationi inter descendentes ad infinitũ vsque locus est: vt in authen. de hæredi. ab intesta. veni. §. j. versicul. in hoc enim ordine. coll. 9. & §. reliquum est. tit. de hæred. quæ intestat. deferunt. in nouell.*

tantùm mater accipiat, quãtùm ad vnum filium filiámue, peruenerit. Quod si prædictæ personę defuerint, veniant fratres vel sorores vterini. His verò deficientibus cæteri cognati veniant secũdum sui ordinis prærogatiuam: vt qui proximior sit gradu, potior sit in successione. Aliam personam ex transuerso in locum patris sui succedere, præter fratris filium, non concedimus. Nulla autem differentia habita in omnibus prædictis successionibus, vel agnationis, vel cognationis, sed solùm gradus sanguinis naturalis spectectur.

De bonorum possessione.

BONORVM autem possessio * idem est, quòd hæreditas. Differt tamen, quòd hęreditas iure ciuili defertur: Bonorum verò possessio ex iure prætorio descendit, & bonorum possessio intra annum à morte testatoris, * vel intra centum dies petenda est: hæreditas verò à nullo petitur. Bonorum autem possessionis, alia ex testamẽto, alia ab intestato est. Ex testamento verò est alia, secundum tabulas, alia contra tabulas. Secundum tabulas est quam prætor scriptis hæredibus pollicetur. Contra tabulas, cùm tabulas testamẽti promittit. Ab intestato verò bonorum possessiones, vnde liberi, vnde le

** Bonorũ poss. Bonorũ possessio secũdum Vlpianũ, est ius persequidi patrimonij siue rei quæ cuiusq; cũ moritur fuit. quæ idẽ quod hæreditas Aphricanus libr. iiij. quæstio. his verbis ostendit. Bonorum (inquit) appellatio sicut hæreditatis vniuersitatẽ quandã ac ius successiõis, & nõ singulas res demõstrat l. bonorum. ij. ff. de verb. sig. quib⁹ verbis simbolizat & cõuenit dictũ Põponij libr. iij. ad Q Mutiũ relatũ in l. hæreditatis. ff. de verb. signi.*

** Testatoris, liberis scilicet, siue emãcipati fuerint siue adoptiui. l. j. §. largius. ff. de successo edict. & l. emãcipata. C. qui admitti ad bonor. possess.*

** Petenda est. A transuersalibus, quales sunt agnati & cognati d. l. j.*

§. si intra. ff. de suc cess. edict. l. si bonorum. C. qui admi. ad bonor. possess.

gitimi, vnde decem personis, vnde cognati, vnde vir & vxor. De bonorum autem possessione, plura dicere necessarium non duximus, eo quòd iure ciuili ex constitutionibus principum, omnes cognati succedere possunt.

De arrogationibus.

ARROGATIONE autem vniuersitatem quærimus, cùm aliquem sui iuris, nobis adoptamus. Tunc enim non solùm arrogatus, sed etiàm omnia eius bona nostræ potestati subijciuntur. quod quomodò possit fieri, in tractatu adoptionum dictum est. Bonorum adiectione nobis quæritur hęreditas, cùm plures in testamento libertate donati sumus, & ab inscripto hærede, hęreditas non aditur. Tunc enim sententia iudicis vni nostrum desideranti seruare libertates, bona adijciuntur causa conseruandarum libertatum.

PARS TERTIA SIVE LIBER TERTIVS.

De obligationibus. a

SVPEREST vt de obligationibus dispiciamus. Obligatio est iuris vinculum quo necessitate alicuius rei soluẽdæ astringimur. Obligationum autem genera, quatuor sunt. Aut enim ex contractu nascuntur, aut quasi ex contractu, aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio. Contractus autem est pactum, quod parit actionem.

a Quia de rebus actum est, restat vt de actionibus dicatur, quarũ mater est obligatio.

De pactis.

PACTVM * verò est duorum pluriúmue, in idem placitum & consensus. Pactorum verò alia sunt vtilia, alia inutilia. Inutile a pactũ est, vnde nec actio, nec exceptio nascitur. Inutile pactum est, aliud propter rem, aliud propter personam, aliud propter legem indictã pacto. Propter rem est inutile, cùm id quod deuenit in conuẽtione, est turpe: vt stuprum, vel contra bo-

** Pactum. Definitio quæ hoc loco pactio tribuitur. Vlpianus libr. iiij. ad edictũ pactiõi tribuit inquiens, Pactio est duorũ, pluriúmue in idẽ placitũ, & consensus. Pactum aũt a pactione dicitur: vnde pacti nomen appellatũ est. l. 1. ff. de pactis.*

a Remouentur inutilia pacta, remanentur nuda. Quibus ex causis pacta non valeant.

nos mores, vel contra legem, vt pactum de fu ura a hæreditate: vel impossibile vt hominem volare, vel cùm de ea re paciscimur, de qua pacisci non licet, vt de rebus iuris diuini, præter concessum, vel de rebus præter concessum: vel de rebus ad perpetuũ vsum populi destinatis. Sed cùm res, quæ deuenit in conuentionẽ est turpis, videndum est, vtrũ turpitudo sit ex parte eius cui promittitur, an ex vtraque. Si enim ex parte promittentis tantùm turpitudo est, licet id quod deuenit in conuentione, non possit peti: attamen solutum non potest repeti. Sin verò ex parte cui promittitur tantùm turpitudo est, etiam solutum poterit repeti. Quòd enim ex turpi causa datum est, repeti potest. Sin verò ex vtraque parte turpitudo versatur, possidentis melior erit conditio. In pari enim causa turpitudinis, melior est semper cõditio possidentis. Propter personã est inutile pactum, cùm ea persona paciscitur, cui pacisci non licet: vt pupillus, si promittat sine tutorum authoritate, aut prodigus, cui interdictum est bonis, sine curatoris authoritate, aut furiosus, qui consentire non potest: qui enim non habet sensum, nõ habet etiam cõsensum. Propter legem indictã pacto, pacta sunt inutilia, ex his causis, ex quibus & proter rem esse inutilia superius dictum est. Vtile pactum est, quod valet ad agen

a Huiusmodi autẽ pactũ idcirco nõ valet, quia libertatẽ testãdi quã vnusquisq; in suprema volũtate debet habere, quãntũ in ipso est videtur auferre.

ad agendum, vel ad excipiendum. quod autem valet ad agendum, aut parit actionem, aut informat, aut renouat. Informat actionem, cùm legē dat contractui, & fit incontinenti. Renouat, cùm ex interuallo interponitur: veluti in his pactis quæ contrahuntur consensu: parit verò pactum actionē, quòd efficitur cōtractus.

De contractibus.

ET enim contractus, * pactum quod parit actionem. Contractuum verò alij re verbis, alij literis, alij consensu contrahuntur. Re contractus est, cùm res intercedit ad contrahendam obligationem. Huius species sunt duæ: alius enim nominatus est, alius innominatus. Re cōtractus nominati species sunt quatuor, Mutuum, a Commodatum, Depositum, Pignus.

De mutuo.

MVTVVM EST, * quod ita datur, vt ex meo tuum fiat, & quandoque mihi reddatur tantumdem eiusdem speciei, b & qualitatis. Mutuum autem locum habet in his rebus, quæ

Cōtractus. Est autem contractus vt definit Theophilus duorū, vel plurium in idem conuentio & cōsensus & ad constituendū obligationē, faciendúmq; alterū alteri obnoxiū. Accursi. admonet propriè dici contractū, ex quo vltro citroque nascitur obligatio gl. in verb. ex contractu. §. sequēs. institu. de oblig.

a In mutuo id agitur, vt rei dominiū trāsferatur: commodatū ad vtendū datur: depositū ad custodiendū: pignus causa vtilitatis.

** Mutuū est. Pau. iurecōs. lib. xxviij. ad edictū: mutuū dici ait, quasi ex meo tuum fiat. l. ij. §. appellata. ff. de reb. cred. Mutuū enim est, quādo res ita datur, vt accipientis fiat, obligetúrq; non ad eandem rem in specie reddendam, sed aliam eiusdem naturæ & qualitatis. Consistit aūt mutuū non in omnibus rebus sed in ijs tantùm quæ pōdere numero vel mensura cōstant. b Si enim aliquis det equū & equus sibi reddatur, mutuum non est.*

pondere, vt aurum, argentum: numero vt pecunia numerata, mensuráue, vt triticum, vinum, oleum, consistumt. Mutuo autem accepto, quocunque modo amittatur, ad tantùm eiusdem speciei & qualitatis reddendum semper tenebitur códitione a certi, qui accipit, vel hæres eius creditori, vel eius hæredibus.

De commodato.

COMMODATVM * est quod datur vtendum gratuitò, alioquin si merces interueniat, non est commodatum, sed locatio, vel alius contractus innominatus. In re autem commodata, talis diligentia adhibenda est in custodiendo, qualem quisq; diligentissimus paterfamiliâs, suis rebus adhibere solet. Quam si præstiterit, & aliquo * foruito casu rem amiserit, securus est. Fortuiti casus sunt, vt incendium, naufragium, rapina, mors naturalis, & alia huiusmodi. Ita demùm autem quis fortuito casu liberatur, tam in commodo, quàm in cæteris contractibus, si in fuortuito casu, nulla eius culpa depre

a Generaliter conditiones dicuntur omnes in personam actiones. §. appellamus. institu. de actio. Est enim condicere in personam agere, specialiter verò dicuntur conditiones, vt conditio indebiti, conditio sine causa, vel ex iniusta causa, códitio furtiua, condictio ex lege.

** Commodatum est. Vulgo traditum est commodatum concedi ad certum vsum, quod vel ex etymo constat. Dicitur enim commodatum quasi cum modo datum, hoc est cum præscripto fine. Alciatus in l. ij. ff si certum peta. quem finem si excesserit commodatarius, aliter vtendo quàm commodatum sit, furti tenetur: si tamen credit se hæc inuito domino facere. l. si vt certo. §. idem denique; ait. ff. cómodat & l. qui re. ff. de furt. * Fortuito casu. Casus fortuitus est, cùm infirmitas humana resistere non potest. l. j. § is quoque. ff. de actio. & obligatio. l. si merces. §. vis maior. ff. locat.*

hendatur. Si autem in fortuito casu culpa eius deprehendatur: veluti si in ventoso tēpore nauigauit, cùm in securo portu esset, & ita rem commodatam naufragio amiserit, non euadet commodati iudicium. Item si moram in commodato reddendo fecerit, aut si ad alium vsum, quàm cuius gratia sibi datum est, commodato vtatur: veluti argentum sibi commodatum ad cœnam peregrè tulerit, quocunque modo id amiserit, restituere cogitur.

De deposito.

DEPOSITVM * verò est quod datur custodiendum gratuito. In hoc autem contractu, quia nulla vtilitas depositarijs, sed solūmodò onus versatur, non nisi dolum * & latā * culpā præstare depositori vel eius hæredi compellitur. Lata culpa etiam & videtur, si minus rem depositam, sua propria custodierit. Qui verò huiusmodi custodiam in deposito adhibuit quocunque modo res amissa, vel deteriora fuerit, securus erit. dolum autem authoris a nec in hoc contractu, nec in cæteris bonæ fidei iudicijs hæres præstabit, nisi vel ex dolo defuncti locupletior factus sit: vel cum principali reo, res fuerit incohata. Est enim certissima iuris regula, ex dolo defuncti, hæredes non teneri, nisi in-

* *Depositum. Est autem depositum (authore Vlpiano lib. xxx. ad edictum) quod custodiendum alicui datum est, ad cuius restitutionem prætor iudicium atq; actionē pollicetur. l. j. in princi. ff. depositi.*

* *Dolū. Est aūt dolus malus secundū Labeonē, omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circunueniēdum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. l. j. §. dolum. ff. de dolo.*

* *Culpam. Lata culpa est, non intelligere quòd omnes intelligunt, quasi sapere quis nolit. l. cedere. §. lata. & l. latæ. ff. de verb. sig. & l. sed si pupillus. §. proscribere. ff. de instit. actio. l. quod Nerua. ff. deposi. & l. j. C. eod.*

a Quia si hæres damnatur ex dolo

quantum ad eos peruenit. Hæres tamen agere poterit. Hoc autem iudicio ex proprio dolo damnatus, infamia notatur.

De pignoribus.

PIGNVS * est, quod creditori causa securitatis datur. In pignore verò, & creditoris: quia in tuto est sibi pecunia, & debitoris, quia faciliùs sibi creditur, vtilitas continetur: & ideò non exactissimam diligentiam vt commodatarius, nec solummodò dolum & latam culpam, vt depositarius, sed quasi mediam, id est exactam diligentiam creditor vel eius hæres, debitori vel hæredi eius, præstare cogitur. Hanc autem custodiam si præstiterit creditor, quocunque fortuito casu res amittatur, non tenebitur, a nec ob id debitum retinere poterit debitor.

** Pignus. Pignus est res pro debito obligata ad debitoris securitatē. Eius possessio si ad creditorem trāslata sit, pignus: si penes debitorem manserit, hypothecā appellamus. l. si rē. §. propriè pignus. ff. de pignorati. actio.*

a Naturalis æquitas est, vt si res depereat sine culpa alicuius, domino suo depereat.

De contractu innominato.

CONTRACTVS innominatus est cùm pactū quidem obligatorium est, sed tamen nomine speciali caret. Huius species sunt quatuor. Aut enim do, vt des: aut do vt facias: aut facio vt des: aut facio vt facias. In his autem quatuor innominatis contractibus &

ctibus & in supradictis omnibus, ex solo pacto quisque nō obligatur ciuiliter, nisi res (id est dare & facere) sequatur. Et hæc sunt pacta, quæ tātùm valent ad accipiendum, non pariunt actionem, quæ & nuda vocantur & multa alia. Re autem secuta, id est dare vel facere: is qui accipit obligatur ad dandum vel faciendum, vel ad id quod interest dantis vel facientis præstandum. vel postmodum, si maluerit is qui dedit, ad id quod datum est restituendum. Et si quidem do vt des, vel do vt facias, vel facio vt facias, * præscriptis verbis, a nascitur actio. Sin autem est facio, vt des, in subsidium de dolo datur. Idcirco autem in subsidium, id est cùm nullum aliud auxilium superest de dolo datur: quia qui eo iudicio damnatur, infamia notatur. Dare autem tam in his contractibus, quàm in cæteris per quos dominia transferuntur, ita intelligitur, vt id quod datur accipientis sit.

De stipulationibus.

VERBIS contrahitur obligatio, cū solemnitas verborū intercedit, ad cōtrahendam obligationē, hic cōtractus vocabitur stipulatio. Est aūt stipulatio verborū cōceptio, qua is qui interrogatē suō dcs se daturū facturūve, id q interrogatē

** Præscriptis verbis. Etenim cū desicĭūt vulgaria atq; vsitata actionū nomina, præscriptis verbis agendū est, in quā necesse est cōfugere. quoties cōtract⁹ ex istūt, quorum appellationes nullo iure ciuili proditæ sunt. Natura enim rerū inductū est, vt plura sint negotia quā vocabula. l. ij. iij. & iiij. ff. de præscrip. verbis.*

a Idcirco huiusmodi actiōes vocātur præscriptis verbis: quia olim vnius cuiusque actio. præscripta verba & certa habebat à prætore inclita vero postea solemnitate verborum sublata. quæ speciale nomē sortitæ nō sunt in generali nomine desce[n]dentes ex prædicta formula remanserunt.

Dictum est stipulatio, * quasi à stipite, eo quòd antiqui, firmum & ratum tenebant, id quod stipulabatur. In hoc contractu talia verba olim fuerunt reperta, dabis, dabo. facies, faciam. promittis promitto. fideiubes, fideiubeo. Quæ si non dicerentur, non committebatur stipulatio. Hodie verò solemnitate verborum tam in hoc contractu, quàm etiam in omnibus iudicijs sublata; quibuscunque verbis conueniēter ad interrogationem respondeatur, cōnectitur stipulatio. Verba autem ex vtraque parte intercedere oportet: alioquì non erit stipulatio. vnde constat mutum, surdum, absentem, stipulari non posse, quoniam eum qui stipulatur, verba promittentis exaudire oportet. Pupillus *a* verò si stipulatur, vel aliquo modo paciscitur, qui secum contrahit, obligatur: ipse verò ei non tenebitur. Loquimur autem de eo pupillo, qui eius ętatis est, vt intelligat id quod agit: alioqui non paciscitur. hoc autem iudicio, is qui promittit: si quidem certum est, quod permittit, ad id præstandum certi condictione tenetur: sin verò incertum est, ex stipulatu agetur. Certum autem dicimus quod constat pondere numero vel mensura.

** Dictū est stipulatio. Iulius Paulus receptarū sentētiarum lib. 5. c. 8. Obligationū, inquit, firmandarū gratia stipulatiōes introductæ sunt, quæ quadā verborū solemnitate cōcipiuntur, & appellatæ quòd per eas firmitas obligationū cōstringitur. Stipulum enim firmū veteres appellauere.*

a Idcirco pupillus nō obligatur, cū ex cōuerso is qui cum eo cōtrahit obligatur ei, quia meliorem cōditionē suā minori facere licet: deteriorē verò minimè.

De fideiuss

De fideiussoribus & mandatoribus.

PRO his autem à quibus stipulamur, solent alij intercedere, qui fideiussores * vel mandatores dicuntur. Cùm verò vnius rei plures fideiussores vel mandatores sunt, vnusquisque pro sua tantùm parte tenetur, nisi nominatim sit expressum, vt vnusquisque insolidum teneatur. quòd si hoc expressum est, in praesentes qui soluendo sunt, insolidum competit actio. Onera enim praesentiae vel absentiae, praesentes & locupletes insimul sustinere debent. Ad inquirendum verò, qui sunt locupletes, necne agenti stipulatori ante iudices omnes praesentes se exhibere debent. Nulli tamen creditori licentia permittatur intercessores couenire, nisi cum principali reo, debitum minimè posit consequi. Quòd si reus absens sit, tunc creditorem praefinire intercessoribus, competens tempus oportet, intra quod debitorem principalem exhibeant: quòd si tempus elapsum fuerit, & debitor sit minimè exhibitus: intercessores creditori satisfaciant, & creditor eis suas actiones, quas aduersus debitorē habebat, cedat. Quod si tam reus quàm intercessores absint,

* Fideiussores. Fideiussor est, qui & ipse ad maiorē creditoris cautelā obligatur: vt, instit. de Fideiussorib. in prin. & l. j. ff. eod. tit.

priùs in rem principalem debitoris his deficientibus, in res intercessorum creditor mittatur, hoc obseruãdo, vt nec etiã hypothecariæ actioni locus fiat, quousq; personales actiões effectum habere possint. Hæc quoque locum habeant, non solùm si intercessores sunt fideiussores vel mandatores, sed sint pecuniæ *a* constitutores. Mulier autem pro alio intercedere non potest, quia succurritur ei senatusconsulto Velleiano, nisi primam intercessionem post biennium, sequẽti intercessione firmet.

a Id est, debitorẽ ex aliqua caussa, & pòsteà alius volente creditore debitum in se trasfert, & se facit debitorem.

De obligationibus quæ scriptura contrahuntur.

SCRIPTVRA contrahitur obligatio, * cum scriptura intercedit ad contrahendam obligationẽ, veluti chirographo emisso. Qui autem se alicui per scripturam obligat, quasi aliquid acceperit, si quidem ei posteà non numeretur intra biennium contra agentem ex scriptura, exceptione non numeratæ pecuniæ vti potest. Biennio autem elapso, nisi intra prędictum tempus contestatus fuerit, eam ac si accepisset, conuenietur.

** Scriptura contrahitur obligatio. Iulius Paulus libr. xxj. ad edict. Non figura (inquit) literarũ, sed oratione quã exprimunt literæ obligamur: quatenus placuit nõ minus valere, quã quod vocibus lingua figuratis significaretur. l. nõ figura. ff. de act. & oblig.*

De contra-

De contractu ex consensu.

CONSENSV contractus fit, cùm solus consensus ad contrahendam obligationem * sufficit. Huius species sunt hæ: emptio, venditio, locatio, conductio, societas, mandatum. Est & præter hæc mandatum, donatio, de qua superius dictum est.

> * Obligationem. Obligationes ex cõsensu dicuntur, ad quarũ substantiã contrahentium cõsensus solùm requiritur. In alijs verò præter consensum opus est alijs adminiculis, vt pote verbis, re aut literis.

De emptione & venditione. *

IN EMPTIONE & venditione contrahenda, prætium * oportet constitui. Pretium autem constat in pecunia numerata: alioqui si res pro re datur, non est pretium, sed alius generis contractus. Sed si pretium constitutum sit, & posteà res alia insolutum detur, constat ritè contrahi emptionem & venditionem. Emptio tam purè quàm etiam sub conditione potest contrahi. Sed & ita venditionem posse contrahi admissum est, vt tanti res sit empta, quãti Titius æstimauerit. Quòd si Titius æstimauerit pretium, tãti erit emptio. Sin verò Titius minimè arbitrauerit, arbitrio boni viri contracta emptio intelligitur. Liberi autem

> * De emptione. Emptione & venditioni ex permutatione originẽ sumpsisse Paul. lib. xxiij. ad edict. refert. l. j. ff. de contrah. emp.
>
> * Pretium. Certum scilicet. fides enim empti & venditi sine quantitate nulla est. l. empti. C. de contrah. empt.

hominis licet multi alij cōtractus esse nō possint, tamen emptio & venditio contrahi potest, non solùm inter ignorātes, sed etiam inter scientes, scilicet cùm pater propter ineuitabilem necessitatem famis, filium vendit, quod tamen filius si emptori, aut id quod pro se datū est exoluerit, aut mancipiū tant. operis, vel et ā ei ex operis suis satisfecerit, in propria lebertate *a* tuebitur. Rerum autem diuini iuris, & quæ ad publicum * vsum populi destinatæ sunt, licet nisi ex certis caussis *b* venditio fieri possit: attamen si sciens venditor ignoranti emptori vendiderit, ex empto nihilominus, quasi constitisset emptio tenebitur. quòd si sciens emit, si quidem pretium solutum est, non poterit repetere, nec ex empto agere: donare enim voluisse intelligitur. Quòd si non est solutum, non potest à venditore peti. Sin verò vterque ignorauère, non consistit venditio. Contracta autem emptione, & venditione venditor quidem ad rem tradendam, vel ad id, quod interest *c* emptori præstandum empti actione constringitur: emptor venditi iudicio, ad pretium venditori cogetur, & ad vsuras ex mora præstandas. non solùm autem rem tradere vēditorem oportet, verùm etiam de euictione *d* cauere. Quòd si rem alienam vel alteri obligatam *e* tradiderit venditor, & posteà euicta fuerit, vel vitio

a Quia ex huius facto, seruus effectus non est.

** Publicū. Quomodò aūt loca publica venūdari possint à cōitatibus, siue ciuitatibus, ad notauit Bart. in l. cōtinuus. §. cū quis. ff. de verb. oblig.*

b Veluti redemptionis causa captiuorum.

c Id est ad eā vtilitatem præstandā quam consecutus esset emptor, si ei tradita secundum pactum fuisset.

d Vt si euincatur ab aliquo, qui ostēdat suam esse, vel sibi pignorata hic venditor emendet quanto minoris s. emisset, si ita morbosam vel vitiosam eam sciisset hic intra annum.

e Vel aliena, vel alteri obligata esse ostendatur.

vel vitiosa, aut morbosa appareat: *a* & si non cauit venditor de euictione, ex empto tamē ad id quod interest, aut redhibitoria, vel quanto minoris ignoranti emptori tenebitur. Periculum * *b* verò rei emptę ante traditionem, si sine culpa venditoris, aut ante moram interueniat, ad emptorem pertinet: si res vendita sit, certa descriptione monstrata, veluti hominem Stichum. Aut si quis incerta descriptione vsus, veluti hominem aut decem modios tritici, vel vini vendiderit, nec quem hominem, vel quod vinum aut triticum adiecerit, & antequàm tradatur homo, mortuus sit, vel vinum accidum vel mucidum, vel triticum quoquomodo corruptum sit, de quo ipse sentiebat ad eum periculum pertinebit. Illud etiam considerandum, quòd si quis rem minus dimidio iusti pretij vendiderit, emptorem vel ad rem reddendam, vel ad iustum pretium exsoluendum, conuenire poterit.

a Aut fur vel fugax ostendatur.

b Id est si res perit ex tota vel deterioratur ex parte.

** Periculum. Post perfectam venditionem omne commodum & incōmodū quod rei venditæ cōtingit ad emptorē pertinere regulare. l. j. C. de contrahēda empti. & l. necessario. §. eod. nisi mora vel culpa venditoris interuenerit.*

De locatione & conductione.

LOCATIO & conductio, proxima est emptioni & venditioni, eisdemq; etiam regulis iuris consistit. Nam sicut emptio & venditio sine pretio constitui non potest: ita locatio & condu-

ctio nisi merces interueniat, nihil cōtrahitur: & sicut pretiū in pecunia numerata constat, ita & merces sine pecunia consistere non potest. Item sicut natura emptionis & venditionis cōtigua est, ita locationis & conductionis. Differunt tamen quia in venditione de dominio tradendo agitur: in locatione verò non de dominio rei, sed de vsu agitur. In hoc autem contractu, maximè bona fides exigitur: & ideò, si quid conductor deliquit, siue plus debito percepit, hoc totum locatori, locati actione, ad vsum rei tradendum, vel ad hoc quod interest eis præstandum, tenetur & conductor si quidem colonus sit, & per continuum biennium, debitam pensionem locatori non soluerit non solùm locati, & Seruiana * tenetur, sed etiam ius locationis amittit: nisi communis sterilitas a regionis, & improuisa acciderit.

De societatibus.

SOCIETAS * est pactum de alicuius rei cōmunicatione. Ex hoc autem pacto mutuæ nascuntur actiones, quę vno nomine pro socio vocantur, quibus socius socio, si quid deliquit, si quid percepit, b si quid in societate impenderit, & generaliter quicquid bona fides exigit, pręstare cogitur.

Custodiam

** Seruiana. Quæ cōpetit locatori in res inquilini aut cōductoris ædibus locatis inuectas, pro annua mercede vel pensione locationis, & nōnunquā pro eo quod deteriorem fecit habitationem cùm huiusmodi res etiam si nihil conuenerit, tacitū sit pignus pro mercede non soluta, atq; eo quod deterius est redditum, iuxta l. certi iuris. & l. debitor. ff. de pignoribus & hypot. & l. ij. ff. in quib. pignu. vel hypot. tacit. contrahit.*

a Pro hac enim cā censum eis retinere permittitur.

** Societas. Societas est duorū vel plurīū conuentio, honestè cōtracta ob cōmodiorē vsum & vberiorem quæstum.*

b Si quid percepit ad restituendū tenetur, si quis impendit, potest recuperare.

Custodiam verò talem pro ea exhibebit, qualem suis rebus adhibet. De se enim quæri debet, qui sibi parum idoneum socium elegit: hoc ita est, nisi se diligentem esse promisit, tunc enim diligentiam præstabit. Societas autem & vnius rei, & totorum bonorum, contrahi potest. Item si vnus rem, alius operam suam confert, constat societatem contrahi posse. Partes autem in societate siquidem expressæ sint, hæ seruentur. Sin verò minimè expressæ sunt, æquales erunt. Sed ita pacisci admissum est, vt vnus ex socijs maiorem partem lucri, damni minorem sentiat. Finitur * autem societas morte socij, capitis diminutione maxima & media, interitu etiam rei, contraria voluntate. a Inuitus enim in societate vel in communione manere nemo cogitur.

*Finitur aũt societas. Dissoluitur aũt societas & euanescit, cõsensu, renũtiatione, morte, capitis diminutione, & egestate. l. si cõuenerit. l. sed & socius. & l. societatẽ. ff. pro socio.

a l. nec cõtrario cõsensu vtriusq. vel alterius tantũ, societas soluatur, tamen actio pro socio etiã finita societate durat.

De mandato.

MANDATVM * est pactum de negotio gerendo gratuito. Contrahitur verò mandatum quinque modis: vel gratia mandati tantùm: vel gratia mãdantis, & eius cui mandatur, id est mãdatarij: b vel gratia vtriusque & aliena: vel mãdantis tantũ, & aliena: vel mãdatarij tantũ & aliena. Quòd si gratia mãdatarij tãtũ interueniat, mãda

* Mandatũ. Mandatũ nisi gratuitũ nullũ est. Originẽ enim ex officio & amicitia trahit, cui cõtraria est merces. l. 1. §. mandatũ. ff. mandat.

b Procurator est, qui rẽ alienã domini mandato administrat.

tum non est, sed consilium, & ideo nō est obligatorium. Mandatum non suscipere cuilibet liberum est: susceptum autē confirmari debet, vel quamprimùm renuntiari, vt salua sit vtilitas mandati. Postquam enim susceptum est, is qui suscepit id est procurator, nō solùm de gestis, sed etiam de gerendis tenetur. & si quid dolo vel culpa eius cōmissum est, siue quid ex mandato percepit, iudicio mandati directo, *a* præstare debet. Si quid verò ex suo, in negotio gerendo iustè expendit, contrario iudicio mandati consequetur. Legem * in mandato dictum, transgredi nō debet. Mandatū tam morte, quàm duabus capitis diminutionibus: item prohibitione domini (nisi vel in rem *b* suā factus sit procurator, vel se administrationi miscuerit) finiri constat.

a Directū iudiciū quod competit mandati cōtra mādatarium. Contrariū, qđ mandatario aduersus mandantem.

** Mandati fines non excedendi.*

b Veluti si Titius quod Seius debebat sibi, & donauit & actiōes, vt aduersus Seiū agerem mihi mādauit tūc enim in re meā procurator sum, quia id qđ a Seio exigo, nō Titio, sed mihi exigo.

De oblig. quasi ex contractu.

QVASI ex contractu obligatur quis, cùm pactū quidem non intercessit, attamen inter aliquos negotiū gestum est, ex quo alterū alteri obligari æquum est. veluti cùm quis alius curam vel tutelam gesserit: licet enim inter pupillum & tutorem nullum pactum intercesserit, attamen pro reddenda administrationis

ratione

ratione. tutelę iudicio directo tutor conuenietur. In qua ratione, non solum gesta, sed etiam gerenda venient. Si quid verò ex suo, pupilli iure expendit, vel si cui propter pupillum obligatus est, contrario iudicio tutelæ consequetur. Idem inter curatorem & adultum est. Item is qui absentis negotia gessit, ad reddendã rationem directo negotiorum gestorum iudicio, ei cuius negotia gesta sunt, quasi ex contractu tenebitur. Sed is de gerendis non astringitur, nisi cùm alius vellet ea gerere, ipse se obtulit. Si quid verò de suo in gerendo expendit, contrario iudicio negotiorum gestorum, is cuius negotia gesta sunt, restituere compelletur. Item is cui indebitum iure ciuili & naturali, a vel naturali tantùm, per errorem solutum est, nisi ex ea causa solutum sit ei, ex qua lis in infitiando crescit, vel ex causa transactionis, b vel iudicati ad restituendum id quod accepit, indebiti cõdictione, quasi ex contractu obligatur. Quod enim ex meo apud aliquẽ est, siue causa, vel iniusta causa, vel turpi, si mea turpitudo non intercedat condicere possum.

a Quod debitũ est iure naturali, indebitũ verò ciuili, repeti nõ potest. nisi fauore soluentis iure ciuili sit indebitũ. veluti cũ mulier pro alio intercedit, nõ solũ cõtra creditorẽ petentem auxilio Velleiani potest se tueri, sed etiã ex ea causa solutũ licet iure naturali sit debitum, quia eius fauore senatusconsultũ factum est, poterit repetere. Si vero nõ fauore soluentis, sed alia causa sit indebitũ iure ciuili tantum, solutũ nõ potest repeti, veluti cũ filiusfamilias mutua pecunia cõtra decretũ Macedoniani accepit: licet enim creditor petere nõ possit, at tamen ei soluta repeti non potest. Quod ex causa transactionis indicati, vel ex qua lis in infitiando crescit soluitur, & si indebitum sit, repeti non potest. b Transactio est pactum de re dubia ob aliquid datum, vel promissum.

De communi diuidundo.

ITEM si in communionem aliquam incidimus, sine nostro pacto, ad personales præstationes præstādas, quasi ex cōtractu obligamur.

Obligatio quot modis tollatur.

TOLLITVR autē omnis obligatio, solutiōe eius quod debetur, non solùm debitore soluente, sed etiam quolibet pro eo, ipso etiam debitore ignorante & inuito. Item si quis aliud pro alio soluerit, volenti creditori, constat obligationem perimi. Quòd si creditor id quod ei debetur, noluerit recipere oblatione a & depositione cum consignatione habita in ædem publicam vel sacram, inuito creditore, obligatio tollitur: nec amplius esse debitorem vel eius hæredes, quocūque modo res deposita & consignata amissa sit, poterit mouere actionem, nisi in deponendo, dolo aut culpa debitor versatus sit. Item acceptilatione tollitur, quæ verbis contracta fuit.

a Oblatum id est prius offeret creditori debitor, quòd si nec tunc acciperet deponit id quod debet in ædem publicam vel ecclesiā, & si quidem pecunia est, consignabit & liberabitur.

De accepti

De acceptilationibus.

EST AVTEM acceptilatio * verborum conceptio, qua is cui promissum est, per stipulationem, deditore interrogante, vtrum quod ei per stipulationem promissum est, habeat acceptũ, & se recepisse profitetur. Omnes autem obligationes acceptilatione possunt tolli, si in stipulatione ductæ nouãtur. Item hæ obligationes quæ solo consensu contractæ sunt, cõtrario consensu dissoluuntur. Consentaneum est rationi, eodem modò *a* dissolui obligationem, quo modo connexa est. Cæteræ *b* autem obligationes, licet pacto ipso iure communi tollantur: attamen per exceptionem pacti conuenti, eliduntur. Item si quis creditori vel debitori suo, hæres extiterit, pro ea parte qua hęres est, sublata est actio confusione.

** Acceptilatio. Est autem acceptilatio secundum Modestinum lib. ij. regularum, liberatio per mutuã interrogationẽ, qua vtrisq; contingit ab eodẽ nexu absolutio. l. 1. ff. de accept. & hæc solutio ciuilis est.*

a Veluti si re connexa est, re soluitur si verbis, verbis si cõsensu, cõsensu, si literis, literis.

b Quæ solo cõsensu contractæ non sunt.

De compensatione.

ITEM compensatione tolli obligationem constat. Est autem compensatio debiti & crediti inuicem cõtributio. * Id verò debitũ cõpensari põt, de quo nulla quęstio est siue naturali iure & ciuili debeatur, siue tantùm naturali. Contra in rem tantùm

** Contributio. Modestin. cõpensationem & crediti inter se contributionẽ appellat. l. j. ff. de compensa. Ob id introductam Pomponius lib. xxv. ad Sabi. ratione, quod interest nostra potius non soluere, quam solutum repetere l. ideo compensatio. ff. de compensation.*

actionem, nulla admittiur compensatio, ne inuitus quis rem suã cogatur vẽdere.

De actionibus quæ ex maleficio nascuntur.

EX MALEFICIO nascuntur obligationes, * veluti ex furto, rapina, damno, iniuria, ex iniuria contumelia.

De furtis.

FVRTVM * autem est, cõtrectatio fraudulosa, quę fit inuito domino, alienæ rei vsus possessionísue. Dictum est autem furtum, à furno, * eo quòd absconsè fit & plerunque nocte, vel ab auferendo, * vel à græco sermone, quo fures appellãtur φῶρες. Furtorum genera duo sunt, manifestum & nec manifestũ. Manifestus fur est, cui cum ipsa re furtiua deprehẽditur, vel eo in loco, in quo furtum fecit, vel antequã perferret, eò quo destinauit. Nec manifestus quis sit, ex hac ipsa diffinitione perpenditur. Furtum autem non cõmittitur nisi animum fraudandi quis habeat. Itaque si equum mihi cõmodatum vsque ad certum locum, longius duxero, siquidem putaui me id facere non inuito domino, etiam si dominus noluerit, furtũ non cõmittitur

** Ex maleficio. Obligationes ex maleficio omnes ex re nascuntur.*

** Furtũ est. Furtum Pau. li. xciij. ad edictum dixit, fraudulosam rei cõtrectationem esse lucri faciẽdi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius possessiõisue, quod lege naturali prohibitũ est admittere. l. j. ff. de furt.*

** Furno. Marcus Varro rerum diuinarum li. xiij. vt Marcellus refert, furtũ à furuo, hoc est, atro, dici mauult quod fures per obscuras noctes atq; atras commodius, faciliúsque rebus nostris insidiãtur, quod firmatur dicto Labeonis l. j. ff. de furt.*

** Auferendo. Secũdum Sabinũ. l. j. ff. de furt.*

Excusatio furti in vsu, rei quando admittatur.

mittitur

mittitur. Item si domino volente id feci, ego verò id dño nolente putaui me facere, furtum nõ cômitti cõstat. Furtũ enim nisi inuito domino, nõ cõmittitur. Planè si seruo alieno persuasero, vt quasdã res domino furto surripiat, & ad me perferat: seruus autem domino sciente & cõcedente faciat, non solùm furti, sed etiã serui corrupti placuit hoc casu actionem dari. * Liberorum etiam hominum furtum fieri posse placuit, veluti si quis liberos nostros nobis furetur. Item rei sacræ & religiosæ furtum committitur. Non solùm autem alienæ rei furtum fit, sed & propriè ipsius: veluti si debitor pignus à creditore surripuerit. Furti autem tenetur, non solùm qui furtum fecit, sed etiam cuius * ope & consilio furtum factum est, veluti qui schalas fenestris, ad furtum faciendum apposuit. Pœna manifesti furti, * tam ex lege duodecim tabularum, quàm ex edicto prætoris, quadrupli est. Nec manifesti, dupli & extra quadruplum vel duplũ, rei persecutio non est, quam vindicando, vel cõdicendo, is cui furtum factum est, poterit petere. Hæc autem actio hęredi quidem datur: in hæredem verò non competit, nisi vel cum actore lis cõtestata sit, vel locupletius eius patrimonium factũ est. Est enim regula iuris, pœnales actiones ex maleficijs, in hæredes non transi-

** Serui corrupti actionẽ dari. Quæ datur in duplum. Quod autem de seruo hîc dicitur nos accommodabimus filijs, vxoribus, & monachis corruptis vel solicitatis. l. vt tantùm ff. de seru. corrup. & Fabr. in §. placuit tamen. instit. de oblig. quæ ex delict. nascun.*

** Ope & consil. Furti tenetur, cuius ope & consilio furtum fit.*

** Furti. Pœna furti hodie est arbitraria l. fi. §. eo. & l. fi. ff. de priua. delic. sine tamen mortis vel membri abscisionis supplicio. authen. sed nouo iure. C. de seru. fug. Fustibus igitur aut virgis verberabitur: vt vult glo. probata in d. §. authẽ. sed nouo. quod intelligendum est de eo, qui semel tantũ furatus est: [illegible] qui si furari sæpius*

re. * Hac actione damnatus, infamia notatur, partus verò non vtique. Ei autem generaliter competit hęc actio, cuius interest rem saluam fore, si sit dominus, siue non. * Nec etiam aliter domino competit, quàm si eius intersit.

De rapina.

QVI RES alienas rapit, tenetur etiam furti. Quis enim magis inuito domino rem contrectat, quàm qui vi rapit? Nascitur autem ex hoc facto propria actio, quæ appellatur vi bonorum raptorum, quæ locum habet etiã vna si res capta fuerit. Est autem hæc actio, intra annum quadrupli, post annum verò simpli. In quadruplo autem vel simplo, rei persecutio continetur. Ita demum autem locum habet hæc actio, si rem mobilem putans alienam, vi quis rapuerit, hac actione non tenebitur: sed ex sacris cõstitutionibus, is cui res raptæ sunt agere poterit. Quibus cauetur, si quis aliquam rem alicui possidenti proprio nomine sine iudice abstulerit, siquidem sua præstitutione eius rei dominio careat: sin verò aliena etiam æstimationem rei, ei cui abstulit, compellatur præstare. Quod non solum in rebus mobilibus vel se mouentibus, sed etiam in inuasionibus quæ fiunt circa res soli, obseruari.

uerit, aggrauatur vltimum delictum per præcedentia. l. capitum. §. solent. ff. de pœ. hinc cõsuetudine statutisq; prouinciarũ inductum est, vt pro tertio furto fur suspẽdatur furca. per doctor. in d. authen. sed nouo iure.

** Transire. Accursius tenet regulare esse, non teneri ex delicto defuncti hæredem, nisi ante lis contestata sit cũ defuncto, aut ipse locupletior factus sit.*

** l. fi. C. eod. & l. is cuius interest. ff. eod.*

obſeruari ſacræ cõſtitutiões voluerunt. Liberũ eſt autẽ ei,qui rapinas paſſus eſt, & priuato iudicio vi bonorũ raptorum, damnu perſequi, & criminaliter iudicio vis publicæ aut priuatæ reum facere.

De damno.

DAMNI iniuriæ actio conſtituitur, per legem Aquiliam, cuius primo capitulo cautum eſt. Si quis ſeruum alienum, vel ancillam, vel eam quadrupedem, quæ pecorum numero ſit, iniuria occiderit, tantùm domino dare damnetur, quãti ea res eo anno plurimi fuerit. Secundum capitulum in vſu non eſt. Tertio capitulo, de cætero damno cauetur, vt quanti ea res xxx. proximis diebus fuerit, & intelligendum eſt plurimi emendetur. Tria ergo lege Aquilia conſiderantur, damnum eſſe datum, & iniuria eſſe datum, & domino eſſe datum. Iniuria idcirco datum eſſe requiritur, quia ſi iure datum eſt, non tenebor: veluti ſi ſeruum tuum latronem (cùm aliter periculum euadere non poſſum) occidero: vel adulterum in ipſo adulterio cum vxore mea deprehenſum, ſi cum conteſtatione id fecero. Item ſi putator, eiecto ramo ex arbore ſeruum tuum tranſeuntẽ occiderit, diſtinguendum eſt, vtrũ prope viã publicã, vel vici-

nalem, aut in suo agro, vbi nulli erat mos eundi, id fecerit. Nam prope viam publicam vel vicinalem, seu in illo loco, in quo erat ius eundi id fecerit, & non proclamauerit, culpæ reus est. Quòd si proclamauerit, vel in eo loco erat, in quo non erat ei ius eundi, & seruus se cauere non curauit, non tenebitur. Imperitia quoque culpæ annumeratur. Itaque si medicus seruum suum secuerit, & ob eius imperitiam, seruus mortuus est, vel si citius quàm deberet, dereliquit curationem, lege Aquilia tenebitur. hac actione non minus quis ex culpa, quam ex dolo punitur. Quocunque enim modo damnum quis & culpâ dederit, etiam si dolo careat, hæc actio locum habet. Ita demùm quis directò hac actione agere poterit, si corpus corpore læsum sit: alioqui nisi seruo alieno persuasero, vt tibi damnum det, vtili iudicio non directo tenebor. Item si seruo tuo persuasero, vt is se de ponte præcipitet, vel arenam frumento tuo immisceat, & is id fecerit, vtili iudicio tibi tenebor. Quòd si seruum tuum compeditum, ductus misericordia soluero, & is aufugerit, neque directo iudicio, neque vtili tenebor, sed in factum in me placuit actionem dari: licet autem actio directo, soli domino competat: attamen vtilem etiam his quibus iuste intereit, dari placuit. Cùm

autem libe

autem libero homini proprio corpore damnum datum est, impensarum & sumptuum quos in curatione fecerit, æstimationem habebit. Item operarum quibus caret, aut cariturus est, rationem hoc iudicio cōsequi poterit: deformitatis verò ratio non habebitur. Liberi enim corporis placuit nullam fieri posse æstimationem.

De iniuria.

GENERALITER iniuria dicitur, omne quod non iure fit, specialiter aliâs iniquitas & iniustitia, vt in lege Aquilia damnum iniuria dicitur contumelia, quæ à contemnendo dicta est. Iniuria autem fit non solùm cùm mala alicuiuis pugno percutitur, sed etiam cùm conuitium ei fit, vel cùm quis carmen, vel libellum ad infamiam alicuius scripsit, ediditve, vel edifecit, aut scribi dolo malo, & generaliter quoties aliquid fit, quod apertè in alicuius contumeliam pertineat. si quidem dolo malo factum est, locum habet hæc actio. Itaque si filiæ Titij quæ Pamphilo filio Seij, nupta est, iniuriam fecero, non solùm Pamphilus sed Titius & Seius iniuriarum mecum agere poterunt. Sin autem marito iniuriam fecero, vxori iniuriarum non te-

Vxori iniuriarum non tenebor. Nisi fortè tale conuitiũ factũ sit marito, quod & vxoris famam fugilet, quo casu aget suo nomine nõ mariti: vt si obiectũ sit viro, quod prostituerit vxorẽ, quod doctus sit (vt ait Iuuenalis) spectare lacunar, Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.

a In arbitrio posita, non certa quantitate terminata.

b Idcirco iniuriarum actio, quæ descẽdit ex iure prætorio, anno terminabatur, quia ipsius prætoris potestas, anno finiebatur. quæ vero ex iure ciuili descẽdit, nõ solũ hæc, sed generaliter oẽs non nisi xxx. ann. curriculo finiuntur.

nebor. * Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus æquum est. Alijs autem personis, quæ non sunt in nostra potestate, si iniuria fiat, nos agere non possumus, nisi nominatim in nostram cõtumeliam facta sit. Item si libero homini, vel seruo alieno, bona fide possessis, iniuria fiat, vel etiam si seruo meo proprio, ita demùm iniuriarum mihi competit actio, si in meàm contumeliam aperte respiciat. Hæc autem actio arbitraria *a* est, & ideo permittitur iniuriã passo iureiurando iniuriam æstimare, taxatione habita à iudice, secundum qualitatem facti & personarum similiter facientis & patientis, necnon etiam locus in quo facta est, id est vtrum in publico aut in priuato, & locus etiam vulneris, secundum quæ & atrox est iniuria æstimabitur. Aliter enim est iniuria æstimanda, si senatori fiat, aliter si humili. Item aliter si in theatro, vel in senatu, aliter si in clanculo fiat, aliterque si in oculo, quàm si in pede fiat æstimabitur. Hæc autem actio, *b* quia ex iure prætorio descendit, anno terminatur: & ideo si quis iniuriam passus intra annum non fuerit contestatus, ampliùs non poterit agere. Item si quis iniuriam passus ad animum statim non duxerit, posteà agere non poterit. Sed si hæc actio ex iure descendat ciuili, ve-

ſuti ex lege Cornelia, quæ competit ob eas cauſas, quòd quis ſe pulſatum, verberatum, domum ſuam vi introitum eſſe dicat. etiam poſt annum, ſi ad animum ſtatim vt facta fuit, reuocauerit, agere poterit. domum autem ſiue propriam ſiue conductam, ſiue gratis conceſſam, accipere debemus. Hæc autem ſiue prætoria, ſiue ciuilis quia perſonalis eſt. nec hæredi nec in hæredem datur: niſi inter principales perſonas lis fuerit inchoata. liberum eſt autem ei, qui iniuriam paſſus eſt, & priuato iudicio iniuriarum æſtimationem perſequi criminaliter, *a* & publico lege Cornelia accuſare. Nunquam enim plures actiones, (præſertim pœnales) de eadem re concurrentes, altera alteram conſumit.

a Criminalis accuſatio ideò dicitur quia cuiuis ex populo datur.

De actionibus quæ quaſi ex maleficio naſcuntur.

SI IVDEX litem ſuam fecerit propter imprudentiam quaſi ex maleficio obligatus videtur. Tunc autem litem facere * videtur, cùm iniquè ſententiam dicit. Item is ex cuius cœnaculo proprio ſiue conducto, aliquid deiectum effuſumue eſt, quod alicui nociturum videtur eſſe, quaſi ex maleficio obligatus videtur. Item ſi quis

** Litem facere. Eſt autem litem ſuam facere malè iudicando contra ſe ſe litem excitare quod Græci dicunt, litem propriam fa*

erre. De qua oratione plura Budeus in annot. ad pandectas. Vlpianus ad lib. xxj. ad edictum iudicem tunc litem suam facere intellexit, cùm dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, si euidens arguatur eius, vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: vt veram litis æstimationem præstare cogatur. l. si filiusfamiliâs. ff. de iudic.

eo quo vulgò iter sit positum suspensumve, aliquid habuerit, quod si ceciderit iter agentibus, nocere possit, quasi ex maleficio tenebitur. Cùm autem iudex per imperitiam * litem suã fecerit, æstimatione competentis iudicis, pœnam sustinere cogitur, secundum quod ei bonum & æquum esse videtur.

** Per imperitiam. Quid si corruptus sit, & perperam iudicauit pœna varia est secundum delicti diuersitatem. Nam qui dolo malo perperam iudicauit, præter quàm quòd infamia notatur, præstat omne interesse parti l. fi. l. fi. C. de pœn. iudic. qui. mal. iudic. & l. si filiusfamiliâs. ff. de iudic. Quòd si pecunia data vel promissa corruptus sit iudex in causa pecuniaria, dati triplum, promissi duplum luit, amissa dignitate. In causa verò criminali confiscatis bonis omnibus in exilium mittitur. auth. nouo iure. C. de pœn. iudic. Quin & iudex qui prece vel precio deprauatus est, vel gratia tenetur lege Iulia repetundarum. Item de crimine concussionis & falsi, tum etiam edicto de calumnia: vt notat. in l. fin. C. de pœn. iudic.*

QVARTA PARS SIVE LIBER QVARTVS.

De actionibus.[a]

RESTAT VT de actionibus tractemus. Actio autẽ nihil aliud est, quàm ius persequendi in iudicio.

De iudicijs.

ANTEQVAM de actionibus tractetur, pauca de iudicijs proponamus. Iudiciũ ergo est, causæ discussio, cum certarum personarum interpositione. * In iudicio autẽ quinq; sunt consideranda, persona, iurisdictio, tempus, locus, causa. Personarum quædã sunt necessariæ, quædam vtiles tantùm. Necessariæ sunt sine quibus iudicium cõsistere non potest. hæ sunt, iudex, actor, & reus. His enim personis deficientibus vel aliqua earum, iudicium quidem non erit. Heremodicium verò certis in casibus esse poterit. veluti si contumaciter post trinam edictorum sollicitationẽ, vel post vnam peremptorij edicti commonitionem, valentem pro omnibus abesse dignoscitur: vel si iam ferè elapso triennio

a Cùm aliquis mecum contrahit, vel maleficiũ mihi facit ius statim ex ipso cõtractu vel maleficio cũ mihi vincit & obligat, quia vinculum iuris dicitur obligatio. Ad hoc verò exequendum & persequendum in quo mihi vinctus est, proditum est aliud ius, quod dicitur actio, quo iure eum qui debet mihi ex contractu vel ex maleficio, vt id quod mihi debet soluat, cogo per iudicem.

* In iudicijs quæ cõsiderentur.

à litis exordio, vna parte præsente, altera qualibet absente iudex sententiam dixerit. Vtiles tantùm sunt, sine quibus quidem iudicium consistere potest, adhibitæ tamen faciliorem iudicij exitum parant: vt sunt aduocati testes: Item iudicis officiales, vt sunt apparitores, præcones, a executores, assessores, scribę. In personis communiter considerandum, quę admittantur, seu quæ prohibeantur. Hoc sciendum, quòd quæcunque persona, si non specialiter prohibetur, communi iure admittitur. *

a Præcones qui vocantur executores, qui qđ iudex præcipit exequuntur. assessores qui assident iudici. Scribæ qui scribunt gesta.
** Admittitur. Cũ vnunquenq; bonũ esse ius præsumere regulare sit.*

Quibus ex causis personæ prohibeantur.

QVI AVTEM prohibentur, alij prohibentur ætate, alij morbo, alij casu, alij conditione, quidam sexu, quidam religione, quidam moribus, quidam etiam ob specialem causam, quidam ob familiam, quidam munere. Item qui prohibentur, quidam prohibentur certis causis, vel certis personis interuenientibus, quidam perpetuò. Aetate & perpetuò prohibentur impuberes, ne sint iudices, testes, aduocati. Item actores vel rei, sine tutoris vel curatoris authoritate. Minor etiam

xviij.an-

xviij.annis aduocatus esse non potest, vel iudex. Aduocatus verò est, qui causam suam vel amici ante eum, qui iurisdictioni præest, exponit. Qui autem aduocatum non habent, à iudice petere possunt. Ait enim prætor, si aduocatum non habent, ego dabo. Morbo prohibentur ob morbũ corporis, alij ob morbũ animi. Ob morbũ corporis prohibetur, qui diutino morbo laborat, nec etiam suis pedibus superesse potest: vt sit iudex. Itẽ aduocatus nisi in propria causa. Testis verò volens admittendus est: inuitus autem non est cogendus. Item actor vel reus, si vult quidem esse, suscipiat. Si mauult in ciuili causa, procuratorem ei dare concedatur. Ob morbum animi prohibentur, furiosus, mente captus, qui generaliter per se nullam legitimam personam in iudicio consistendi habent. Casu remouentur, cæcus, mutus, surdus. Cæco enim non permittitur iudicem esse, nisi hoc ei post susceptum magistratum acciderit. neque aduocatum, nisi in propria causa vel suorum familiarium. Reus verò vel actor quidem esse poterit: sed procuratorem ei dare non denegatur. Item testis in quibusdam iure suscipitur. Mutus verò & surdus in iudicio per se consistere non possunt. Qui conditione prohibentur, aut sunt serui, aut liberti. & serui quidem

nullam consistendi personam per se habent in iudicio, nisi in crimine perduellionis *a*. Inter seruum enim & liberum, constat nullum posse cõsistere iudicium. Liberti verò nec patronum, nec patrono testimonium dicere possunt, vel eum accusare nisi in crimine maiestatis. Patronus autem cõtra libertum testimonium dicere non compellitur. Sexu remouentur mulieres, ne sint iudices, nec etiam ad postulandum, nisi in causa propria vel filiorum suorum, quorũ tutelam gerunt, accedant. Item in testamentis adhiberi testes minimè possunt. In iudicijs verò nisi adulterio damnatæ sint, rectè admittuntur. Religione *b* prohibentur, veluti hæretici. Ij nec testes, nec iudices seu aduocati contra Orthodoxos fieri possunt. pro Orthodoxo tamẽ aduersus hæreticum, testimonium recte hæretici admittitur. Item nec iudeum Christiani iudicẽ esse posse, vel aduersus eum testem recipiendum est. Pro Christiano & contra iudæum, testis esse potest. Christianus verò Orthodoxus, Iudæi & hæretici iudex & in eos testis esse potest. Moribus prohibentur infames, ne iudices creentur. Item ne in testimonio recipiantur, nec aduocati sint, nisi in causa sua & suorum familiarium, vel quorum administrationem gerunt. Ob specialem causam prohibentur, veluti propter

a Perduellionis crimen est cũ quis cõtra personã Imperatoris, vel contra rempublicam molitur.

b Religio est diuini numinis cultus. Superstitio vana religio.

pter inimicitiam capitalem. Hi contra se testes esse non possunt, nec accusatores qui ante litem motam separabantur. Item si capitales inimicitias contra patrem habuit, contra filium testis esse non poterit. Iudex autem esse non prohibetur, sed si suspectum iudicem quis habuerit, liceat ei episcopum ciuitatis ad causam discutiendam vnà cum iudice suspecto aduocare. Ob familiam ius dicendi in me vel pro me testimonium, præter in crimine perduellionis, non habent filius vel filia, nepos vel neptis, neque omnes qui potestate mihi iunguntur. Amplius quibuscunque imperare possumus, vt inuiti testimonium dicant, hi nobis iure testes esse non possunt. Iudex autem & pater filio, & filius patri etiam si in eius potestate sit, esse poterit. Munere *a* prohibentur milites, ne priuatorum aut aduocati aut iudices, aut accusatores existant. Et generaliter nullus ad testimonium ducendus est, nisi quem & vitæ dignitas, & morum honestas, vel vox aliorum legitimorum testium, commendat, & in summa talis debet esse omnis testis, vt fidem debitam iudiciariæ religioni omni gratiæ & potentatui possit præponere. Quòd autem clericus aduersus laicum testis esse non possit, vel è contra in capitulari legis Lombardicæ * cautum est. In legibus

sperabantur

a Munus quid sit docet iuriscõsul. l. munus. j. ff. de verb. sig.

Qualis esse debeat, qui ad testimonium ducendus sit.

* *Aliàs longobardicæ.*

autem Romanis, non memini me inuenisse, imò contrarium in multis locis constitutum esse cognoui.

De iurisdictione.

IVRISDICTIO * est, ius dicendi ius. Hæc autem alia voluntaria, alia contentiosa. Voluntaria est, quæ vtraque parte volente expeditur: vt adoptio, emancipatio, manumissio. Potest tamen & quis inuitus manumitti. Nulli enim ciuitatem Romanam respuere permittitur. Contentiosa est, quæ per litem & contentionem expeditur. Hæc alia mera, alia mista. Mera iurisdictio * est, vt potestas gladij. Mista * est quæ in se alicuius rei, habet sententiæ ditionem. Item iurisdictio, alia propria, alia demandata, alia ex cõmuni partium consensu data. Qui propriam iurisdictionem habent, iudices ordinarij dicuntur: nec interest vtrum habeãt potestatem gladij, necne. Qui autem demandatam habent, dati vocãtur. Qui eam ex communi consensu partium habent, arbitri appellantur. Potest tamen idem & datus iudex arbiter esse. veluti si ego & Titius in Seium cõpromiserimus, & posteà à proprio ordinario, cum nobis dari iudicem peticrimus. Qui autem propriã iurisdictionem habet, demandare eam potest. Qui autẽ solùm demãdatam habet,

** Iurisdictio. Iurisdictio in genere sumpta, est potestas de publico introducta cũ necessitate iuris dicẽdi & æquitatis statuẽdæ glo. & ibi Bartol. in l.j. ff. de iurisdi. omni. iudic.*

** Mera iurisdictio. id est merũ imperiũ. Merum autẽ imperiũ est iurisdictio, quæ expeditur iudicis officio nobili ad publicã vtilitatem.*

** Mista est. Mistum imperium est iurisdictio, quæ expeditur officio iudicis nobili; ad priuatam vtilitatem.*

eam mādare alij non poteſt, niſi ei à principe ſit demandata. Ait enim ius: iudex à iudice delegatus iudicis dandi non habet poteſtatem, niſi ipſe iudiciario munere fungatur. Mera iuriſdictio demandari non poteſt. Item nec cauſa ſtatus, nec totius patrimonij controuerſia.

De arbitris.

ARBITER autem ex compromiſſo *eligi oportet: alioqui niſi ex cõpromiſſo pœna adhibita, vel pignore dato eligatur, & poſt eam ſentētiam ſi quis dicat abſolutoriā, exceptio ex ſententia a parabitur. Sin verò condemnatoriam actor ad exequendum non habet iudicati actionem. Sacramento verò dato arbitrum eligi, noua conſtitutio prohibet. Arbiter ex ſolo conſenſu electus, diem dandæ ſententiæ inuitis litigatoribus mutare non poteſt. Poſt diem verò ſtatutum elapſum, ſententia ab eo dicta nullam obtinet firmitudinem niſi vtraq; pars conſenſerit.

** Cõpro miſſo. Cõpromiſſa ad iudiciorū ſimilitudinē redigi, & ad finiēdas pertinere lites. Pau. reſpondit. l. ij. de recept. arbit.*

a Sententia ab eo dicta qui eā iure prohibetur dicere nullius eſt momenti. omnis diffinitiua ſententia aut eſt condemnatoria aut abſolutoria. Omnis abſolutoria exceptionē parat: condemnatoria verò omnis actionē, vt ea quæ data eſt, nō ab ordinario iudice, vel non ordinario dato.

De temporibus iudiciorum.

TEMPVS conſideratur in iudicijs, & in quo fieri debeāt, & intra quod finiri. Nā dies feriarum non eſſe iuridicos, ſacræ conſtitutiones præcipiunt. * Hi ſunt gemini menſes, quos indul-

** Præcipiūt, vt toto titu. de ferijs C. & maximè l. omnes dies. eod. ti. vbi diuerſæ feriarū maior pars enumeratur.*

gentior annus ad requiem laboris accepit: æstiuos ad segetes colligendas, autumnos fructibus decerpendis. & hæc secundum regionis qualitatem considerari debent. Dies quoque natalis domini, & Calendarum Ianuariarum, dies etiam Epiphaniarum Christi quadrag.nta dies qui dominicam resurrectionem auspicio cerimoniarum *a* anticipant. dies quoque Paschæ qui septeno præcedunt numero, vel sequuntur, nec nõ dies dominici qui repetito in se numero, reuoluuntur. & Ascẽsionis & Pentecostes & letaniarum otio emancipant. Pari quoque reuerentia necesse est haberi, natalitios apostolorum, necnon diem ortus Imperialis personæ. In omnibus tamen prædictis diebus voluntariæ iurisdictionis effectus, non prohibetur. Item criminales causæ in prędictis duobus mẽsibus, exerceri nõ prohibeantur. Item causæ orphanorum & viduarum prædicto etiam tempore agantur. Item causæ piorum locorum. Tempus * intra quod finiri debet consideratur, id est, triennium à litis contestatæ tempore, si causa ciuilis, est: sin autem criminalis, vltra biennium non prolongatur. & siquidem reus pręsto est, actor verò absit: liceat iudici actorem commonefacere, vt vel ipse veniat, vel procuratorẽ mittat legitimum. Sin autem actor minimè venerit, nec procurato-

a Cerimoniæ sunt veluti eleemosinæ ieiunia: imo est cultus Dei per actus exteriores.

* *Tempus.* Hoc *sumptum est ex §. censemus. ita q. l. properandum. C. de iudic.*

procuratorem miserit, vocetur per tria edicta, per interuallum in singulis, non minus xxx. dierum, & si nec tunc venerit, habeat inducias vnius anni adhuc. Quo elapso præsente reo, litem audire iudici liceat, & consentaneum calculum proferat. Quod si intra prædictũ annum venerit, & litem agere voluerit: non tamen anteà suscipiatur quàm impensas reo præstet, * iterum ad iudicium accedat. Alioqui si impẽsas reo soluere noluerit, & annus trãsierit, careat actionibus. Illa enim regula qua cautum est, ne quis inuitus agere vel accusare compellatur, tunc locum habet, cùm actor aduersarium suum teneri in iudicio non fecit. Hæc autem locum habent, non si lis cõtestata fuerit, sed etiam si sola admonitio & precum intimatio iudici facta est. Quòd si reus quidem abfuerit, vel etiam reo absente non instet, liceat iudici si quidem ex cõtumacia reus abest, peremptorio edicto eum citare, vel voce præconia vocare, & litem (secundum iuris ordinem) finire. Sin verò reus non ex contumacia abest, & triennium iam transierit, ita vt sex menses tantùm supersint, inde eum tribus edictis, vocare per prædicta interualla oportet. Quòd si nec tunc veniat, causas audiat, & secundum quod iustum inueniat, sententiam proferat. Curare autem semper debet

** Impensas reo præstet. Contumacem nõ nisi rejectis expensis audiri Iuliano præfecto prætorio Imperator Iustinia. rescripsit. l. sancimus. C. de iudic. facit text. in §. omnem. & ibi Angel. in authen. de litigio. & authen. qui semel. C. quo. & quand. iud. & § si quis per iudicialem. tit. de litig. in nouel.*

iudex in diffinitiua ſententia quatenus victum * victori in omnes legitimas expenſas, quas victor iurauerit ſe in totali re feciſſe, condemnet. Sin autem vndiq; variæ lites ſint, & propter hoc alterum alteri minime in expenſis condemnare maluerit:& hoc in ſua habeat poteſtate: has tamen impenſas victor abſentis petere poteſt. Sin autem vtraque parte præſente, vel altera iudex cauſam finire minimè voluerit, totam litem ex litis facultatibus ſine omni inquiſitione, emendare cogatur.

** Victum. Victũ victori in expenſis victoris ſacramento taxandis condẽnandum eſſe reguere. §. ſiue aũt. l. properandũ. C. de iud. & l. eum quem temerè. ff. eod. & c. finem litibus. de dolo & cont. ext.*

De loco vbi quis agere vel conueniri debeat.

LOCVS cõſideratur in iudicijs, vbi quis agere vel conueniri debeat. Vbi enim quis domicilium habet, aut vbi cõtraxerit, vel deliquit, aut vbi res ſitę ſunt ſi in rẽ agit, apud eius loci iudicẽ cõueniri debet actor. Actor a enim rei forũ, nõ reus actoris ſequetur. Item Romę omnes conueniri poſſunt, quocunq; loco ſit contractum. hoc tamen ex priuilegio legatis cauſa reipublicæ remittitur. Item apud quem iudicem quis agat, apud eum reſpondere cogitur. Clericus autem in eccleſiaſtico negotio, nec agere nec conueniri apud præſidem prouinciæ debet,

a Actor in ciuili cauſa, accuſator in criminalibus.

debet, ſed apud proprium epiſcopum, debet diffiniri. Sin autem is qui conuenitur eſt laicus, volens quidem ante antiſtitem litigare, admittendus, inuitus verò non eſt cogendus. Quòd ſi in cauſa criminali (quæ ad eccleſiaſticũ negotium nõ pertinet) clericus accuſetur: licet in hoc caſu epiſcopum cognoſcere, vt tamen ſi dignũ capitali ſupplicio clericum inuenerit, omni clericatus honore denudatum ad puniendum iudici tradat. Sin verò clericus, ante præſidem accuſetur, non liceat præſidi ante clericum punire, quàm à proprio epiſcopo à clericatus honore fuerit denudatus. quòd ſi ipſe viderit acta non iuſtè conſtitiſſe, liceat ei gradus denudationem ſub legitima cautela mittere, quouſque ſuper ea re principi ſuggeratur, iuſte finem cauſæ impoſituro. Sin verò inter clericum vel quemuis alium, & proprium epiſcopum cauſa emerſerit qualiſcunque, primùm metropolitanus adeundus eſt, qui ſecundum canones & leges, negotium diſcernat. & ſi quis iudicatis acquieſcere noluerit: ad patriarcham illius regionis referatur, & ille ſecundum canones & leges fidem eis præbeat, & nulla pars valeat contradicere eius ſententiæ. Item obſeruandum, & ſi inter duos epiſcopos eiuſdem concilij, de quacunque cauſa lis interueniat, adhi-

bere etiam debet in iudicando episcopum metropolitanum, & quosdam de episcopis eiusdem concilij. Sin autem contra metropolitanum quisquam adire noluerit, regionis illius patriarcha negotium discernat.

De causis.

CAVSA autem est, ante eum qui iurisdictioni præest, agentis vel rei controuersia. Hæc alia ciuilis, alia criminalis. Ciuilis causa est, quæ per actionem, vel iudicis officium *a* exercetur. Criminalis verò est, quæ per accusationem & solemnem inscriptionem proponitur. Et primitùs quidem de ciuili causa videamus. In hac autem quædam considerare oportet, quæ eam præcedunt, quędam quæ insunt, quædam quæ sequũtur. Causam præcedit actionis editio, in ius vocatio, libelli conuentio, & hoc ordine certo. Si enim quis contra aliquem actionem putat se habere, prius eum adire debet, & actionem suam atque rationes edere, vt secum aduersarius deliberet, vtrum soluere quod ab eo petitur, malit an reluctandum existimet. Qui soluere voluerit, non est in iudicium vocandus: alioqui iniuriarum actor ei tenebitur. Quòd si reluctandum putat, tunc actor iudicem adeat, & causam suam iudici exponat

a Veluti restitutio in integrum.

ponat

ponat,&eam gestis inscribi faciat. Iudex verò libello conuentionis facto, per apparitorem reum in ius vocet. Libellus autem cōuentionis in hunc modum fieri debet, Metellus iudex Iugurtæ, Notum sit tibi Atherbalem questum mihi de te fuisse, quòd vitæ eius fueris insidiatus, cuius rei gratia, te moneo, vt ad placitū venias, eique iustitiam facias, libellumq; eius accusationis suscipias. Quo subsequuto, habet reus spatium viginti dierū, in quo liceat ei, vel recusare, vel si eum suspectum habet, episcopū loci vel alium iudicem cum eo ad causam discutiēdam aduocare, vel id quod debet reus, intra prædictos viginti dies confiteri: & siquidem iudicem recusandum putauerit, libellum non accipiat, sed ante iudicem repræsentatus, fori præscriptione vtatur. Nemo enim neque in criminali causa, neque in tributorum exactione, neq; in pupillari seditione, à præside prouinciæ a vocatus, fori præscriptiōe vtatur.

a Prouincia est regio certis finibus vnius iudicis officio destinata. Idem ius præses habet in prouincia qđ prætor in vrbe.

De in ius vocando. *

OMNIS enim à Iudice vocatus ante iudicem sui copiam faciat, vt hoc ipsum sciatur, vtrum eius iurisdictioni subiaceat. Si autem libellum conuentionis acceperit: tunc personales præstet fide-

* De in ius vocando. In ius vocare, est iuris experiundi causa vocare. Paulus respondit l. j. ff. de in ius voc.

iuſsiones, & ſportulas executorum det, & ſubſcribat contradictionis libello, a tempus & diem quo eum excepit, & vſque ad prædictum ſpatium nullam moleſtiam patiatur. Sin autem prædictum tempus elapſum ſit, tunc ad reſpondendum actori, ſi ſe non excuſauit, teneatur. In ius autem vocare patronum prohibetur libertus, præterquàm ſi veniam edicti impetrauerit. Quòd ſi aduerſus hoc facere auſus fuerit, quingentorum aureorum pœna mulctabitur. Cùm autem vtraque pars ante iudicem ſui copiam fecerit: tunc ſi quas præſcriptiones perſonales inter ſe litigatores opponere volunt, audiantur ante litis conteſtationem: alioqui poſteà opponere non licebit, ſatiſdationeſque exponant: reus quidem iudicatum ſolui, actor verò litem vſque ad diffinitiuam ſententiam executurum. Sin autem per procuratorem litigaturi: tunc ſi de mandato dubitatur, niſi ſit pater vel maritus, procurator actoris, etiã rem ratam dominum habiturum ſatiſdatione confirmet: procurator verò rei iudicatum ſolui ſatiſdet.

a Id eſt, debet aliũ libellũ facere, & in eo cõtradictionem f[illegible]. & in vltimo dĩ ponere, quę per executorẽ conuentus eſt.) libellus verò cõtradictionũ hoc fine clauditur: Me. Iuz. relatione veſtrarum literarũ didici, atherb. de me apud tribunal veſtrũ queſtũ fuiſſe, quod vitę eius fuerim inſidiatus, huius rei quidẽ cauſa iudicio me ſiſti, tali die ſpõdeo, & cõtradictionis libellũ mitto, & accuſationis ſcriptum. v. Id. Ian. apud oppidum Vaccan. me recepiſſe profiteor.

De iureiurando actoris, rei & aduocatorum.

HIS quoque ſubſecutis, actor iuret, quòd ſe putans habere iuſtam cauſam, venit ad litigandum. Reus

dum. Reus verò putans se vti bona instantia ad reluctandum. Addant etiam, quia nec delationis aut calumniæ, nec vexandi aduersarij causa, probationes in tota causa ab aduersario suo exigāt. Aduocati etiam vtriusq; partis præbeāt iusiurādum, nihil se, nisi quod iustum & vtile litigatoribus putauerint esse in tota causa allegaturos: neq; etiam dolo malo prætermissuros.

De sacramento dando pro suspitione.

QVOD si etiam suspitio emerserit, quòd aliquis litigatorum aliquid dederit, vel promiserit iudici pro hac causa iurare debent, quòd nihil dederit vel promiserit, quod si aliquis eorum hoc iusiurandū subire maluerit: * si quidē actor est, actione cadat: si aūt reus, pro condēnato habeatur. Planè si cōfessus fuerit aliquis se dedisse vel promisisse, & cui ex hoc probauerit: ipse quidem à pœna immunis erit. Conuictus verò * siquidem ciuilis causa fuerit, magistratu expoliatus, promissum in duplum datum in triplo præstabit. Sin autē criminalis sit causa prius bonorum publicatione in exilium mittatur. Quòd si litigator iudicem accepisse conuincere non

* Le[illegible] puto noluerit vt sensus sit: qui melius est [illegible] actione, nisi iurarit.

* Conuictus verò iudex scilicet. authen. nouo iure. C. de pœn. iudic. qui male iudic.

potest iudex iureiurando se expurget: litigator verò fisco æstimationem præstet, & lis legitimo modo finiatur, & hoc si ciuilis causa fuerit. Sin autem criminalis sit, bona eius fisco publicabuntur. Causa verò legitimum finem accipiat apud competentem iudicem. Quòd si iudex iusiurandum dare minimè voluerit, eadem pœna teneatur, qua suprâ litigatorem teneri diximus. Hæc autem omnia non solùm in omnibus ordinarijs iudicijs: sed inter arbitros locum habere volumus. Oportet etiam iudices ab ipso principio litis, vsque ad finem (maximè in diffinitiua sententia) habere ante se proposita sacrosancta euangelia, attendentes quòd sicut iudicant homines, sic iudicantur à Deo. Principium verò litis, est litis contestatio.

De litis contestatione.

*Lis contestata. Lis enim contestata videtur, cùm iudex per narrationē negotij causam audire aperit. l. vnic. C. de litiscontesta.

LIS AVTEM contestata * tunc videtur, cùm vtraq; parte præsente, vnus proponit, alius contradicit. Hac autem contestatione, actiones quæ temporales erant, vel quæ in hæredem transire non poterant, seu quæ iam fori præscriptione exclusæ erãt, & in heredē perpetuæ efficiuntur, nec vlla nisi tricennali præscriptione, post litis contestationem habitam, excluduntur. Hoc idem facit

facit precum porrectio, episcopalis admonitio, & quædam alia. Litem autem contestando, res in cõtrouersiã deducitur. *

* *Deducitur. Cùm res in iudiciũ deducta non, nisi lite cõtestata, videatur: & si simplex postulatio celebrata sit, vel actionis species ante iudicium reo cognita sit. d. l. j. C. eod.*

De quæstione facti vel iuris seu nominis.

CONTROVERSIA verò triplex est, aut enim erit facti, aut nominis, aut iuris. Facti controuersia est, cùm de facto quæritur: vt fecisti hæc? non feci. Hęc à rethoribus coniecturalis appellatur. Iuris quæstio est, cùm de facto quidem constat, de iure verò dubitatur. Hæc & generalem & translatiuam includit. Nominis est quæstio, cùm de facto & iure facti cõstat, de nomine eius facti dubitatur, vt si auferatur res sacra de ecclesia, & vnus dicat furtum esse, alius verò sacrilegium appellet, hæc in se diffinitiuam includit vicissim.

De probationibus.

CVM VERO quæstio facti est, qui dicit factum esse aliquid probare debet. Ei * enim incumbit probatio qui dicit, non qui negat. Factum enim negantis naturali iure nulla est probatio. * Si verò iuris sit quęstio, qui negat ius, probare debet, nisi generalis prohibitio *a*. sibi obsit. Si verò

* *Ei enim. Hoc desumptum est ex Pauli iureconsulti libro ad edict. lxxj. relatum in l. 2. ff. de probatio.*

* *Nulla est proba. Idem rescripserunt Imperatores Diocletianus & Maximian. augusti Menelao inquientes, per rerum naturã factũ negantis probationem nullam esse. l. actor quod asseverat. C. de probatio.*

a Veluti cum ge-

nominis est quæstio, qui aliquod emolumentum consequi vult ex nomine, probare debet. Item considerandum generaliter, quòd qui agit vel accusat, probare debet. Ait enim lex, Qui accusare volunt, probationes habere debent, & post pauca, actore enim vel non probante, qui conuenitur, & si nihil præstiterit, obtineat. * Item alia lex. Res alienas possidens, licet nullam iustam causam possidendi habeat: tamen non nisi implenti intentionem suam, restituere cogitur. * Non solùm autem qui ab initio agit, probare debet, sed etiã reus si excipiat, probare debet. Reus enim in exceptione, actor est. Probantur verò quæstiones, si quidem facti sunt, testibus, instrumentis, consentiente fama, præsumptionibus, indicijs.

neraliter sit prohibitum homicidium qui dicit se iure occidisse, probare debet.

** Obtineat. l. qui accusare. C. de accu.*

** l. fi. C de rei vendicati.*

De testibus.

IN TESTIVM probatione considerandum quivbi numerus testium, specialiter non exigitur, duo sufficiũt. Vox autem vnius solius testis, nullomodo ad probationem est idonea, ad præsumptionem *a* faciendam potest admitti. Et hic considerandũ vt nullus sit testis, iudex vel actor. Nullus enim duas personas in iudicio necessarias in eodẽ iudicio habere potest. Item omnis

a Præsumptio est fides habita de aliqua re per aliquam extrinsecam causam sufficientem.

omnis testis iuratus testimonium dicat: & antequàm ad dicendum testimonium accedat, separetur, & vtrum verisimile & concordans testimonium alterius testis dicat, discutiatur. Quòd si plures testes sint, & discordant, honestioribus credendum est, à reliquis si viles sint personæ, per tormenta veritas exigenda est.

De fide instrumentorum.

INSTRVMENTIS *a* quæstio probatur, * cùm scriptum aliquod ad probandum factum quod in quæstione est, indicitur. * Hoc autem tale esse debet, vt tabularij publici conscriptione, & testium *b* subscriptione roboretur. Quòd si tabularij conscriptionem non habent, testium sacramento firmetur. Sin verò & testes & tabularius mortuus sit, dubitatio autem emergat, vtrum tabularius scripserit, tribus publicis instrumentis & de quibus dubium non sit, dato sacramento comparantis, comparatio fiat literarum. Cùm autem quæstio iuris est, per ius scriptum, vel per æquitatem, vel per simile probari debet. Sin verò æquitas iuri scripto contraria videatur, secundum ipsam iudicandum est. Ait enim: Placuit in omnibus rebus præcipuã esse iustitiæ, æquitatisque, quàm iuris stricti rationẽ. huic enim aduersari videtur lex posita in j. li.

a Instrumẽta dicũtur scripta per excellentiam, eo quod nos instruunt veritatem.

** Instrumentis quæstio probatur, cùm res non instrumentis geratur, sed in hac re res gesta testimoniis confirmatur l. in re s. C. de fid. inst.*

** lege monetur.*

b Testes in inferiori parte subscribãtur interfuisse negotio quod est in quæstione.

Quæ spectanda in actione.

* Rei detentione. *Imò ex aliqua præcedẽte obligatione omnis actio producitur. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurator. Nã ex Alciati & Zasij sententia dicimus eum qui actiõe reali cõuenitur, saltẽ per accidẽs occasiõe rei suppositæ obligatũ esse ad restituendũ, & si per se & principaliter nullo iure obligatus sit. §. 1. inst. de actio. Eodẽ modo actionẽ datiuam ex aliqua obligatione oriri fatendũ est, quamuis debiliore, quæ vt ex se pduat actionẽ sine legis vel prætoris adminiculo. Vide [illegible] in l. creditores. ff. de verbor. significa.*

bro Codicis, tit. de legibus & constitutionibus. Inter ius & æquitatem interpositam, interpretationem nobis solis oportet inspicere. Cùm autem nominis est quæstio, per diffinitionẽ, vel per scriptam legem, probari oportet.

De actionibus.

VISO autem quid sit iudiciũ & eius causa, cætera quæ sequuntur, ad tractandum de actione redeamus. In actione sex oportet inspicere, ex qua causa nascatur, ex quo iure proficiscatur, cui competat, aduersus quem, & quid in ea veniat, & iudicis officium in ea. Nascitur autem omnis actio ex obligatione, vel rei detentione *. Ex obligatione nascuntur omnes personales a actiones. Obligatio autem quibus modis contrahitur, superiùs dictum est. Ex rei detentione nascuntur actiones, cùm persona quidem nullo modo obligata est, sed in rem quam possidet, aliquod mihi ius dico habere : & hæ actiones vocantur in

** Personales. Personales aũt actiões appellantur, quæ substantiã capiunt ex contractu vel quasi, aut ex delicto vel quasi & personis litigantiũ ita inhærent, vt nequeat ab iis penitùs auelli. Per illas persequimur, nõ quod nostrũ est, sed quod nobis debetur, cũ per actionẽ realẽ petamus quod nostrũ est. l. actionũ genera. ff. de actio. & oblig. [illegible]. a In personã idcirco dicitur actiões ex obligatione quæ nascuntur: quia quocũque modo res, in qua obligatur quis*

rem

rem. * Harum aliæ sunt ciuiles, aliæ prętoriæ. Ciuiles alias de vniuersitate, alias de re speciali. De vniuersitate ciuiles actiones proditæ aliæ ad petendum, aliæ ad diuidendum. Ad petendum prodita est petitio hæreditatis, quæ competit hęredi ad petendã hæreditatẽ. Ad diuidendum, prodita est actio familiæ erciscũdę, quæ hæredi conuenit ad diuidẽdum. In rem specialem ad petendum prodita est vendicatio, quæ domino cõpetit ad rem suam petendam. Ad diuidendũ specialis est, communi diuidũdo, quæ eis competit, qui rem aliquam communem habent. Item in rem ciuilem est finium regundorum, quæ datur eis, qui confines agros possident, ad fines distinguendos. Iure prætorio proditæ sunt actiones in rem, veluti de seruitutibus prędiorum vrbanorum & rusticorum. Item publiciana, quæ datur bonæ fidei possessori. Item Seruiana & quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur. Per Seruianam autem experitur quis de rebus coloni, quæ domino fundi pro pensionibus obligatæ tacito iure videntur. Quasi Seruiana, qua creditor, de sibi pignorata experitur, quæ hypothecaria vocatur. Inter pignus verò & hypothecam nihil aliud interest, nisi quia pignus sine traditione fieri, in hypotheca verò potest.

alienetur: personã tamẽ eius qui debet, obligata permanet, quousque mihi satisfaciat. At verò si in rem actione mihi aliquis tenetur, fortè quia rem meã possidet: quocunque modo sine dolo suo desinat possidere, amplius non mihi tenebitur, sed aduersus eum qui cœpit possidere actionẽ intendam in rem.

** In rem. Actio realis est, quæ cõpetit pro iure, quod quis habet in re, quod ius trãsit cũ re, ad quẽcunque deuenerit. l. vna §. si fundus. ff. de seruit. rustic. præd. r. & datur intendẽti possessionem contra possidentẽ, interdum possessori contra non possidentẽ & [illegible] possessori contra [illegible] ti quæ in re [illegible] tione l. & [illegible] fortè. §. [illegible] seruit. rẽ.*

& l. vti frui .§. vtrum. ff. si vsusfruct. petat.

Ex quo iure proficiscatur actio.

EX QVO iure proficiscitur actio, *a* siquidem ex contractu est ei, qui contraxit vel hæredi eius. Sin verò ex maleficio, *b* ei qui maleficium passus est, vel hęredi eius, præter actionem iniuriarum quæ nec hæredi, nec in hæredem datur, & si quæ sunt ei similes. Quòd si in rem sit actio, ei competit, qui ius in ea re quę petitur, habere dignoscitur, & hæredi eius, nisi in psona ius coërcetur: vt vsusfructus, vsus, habitatio.

a Ex iure prætorio vel ciuili cui cōpetit actio.

b Ex maleficio, vt furto rapina.

Aduersus quem competat.

ADVERSVS quem cōpetit, si quidem ex contractu est: aduersus eum qui contraxit, vel eius hæredem, nisi sit depositi, de quo lis crescat *c* in inficiando. Si verò ex maleficio, aduersus eum qui maleficium fecit, vel eius hæredē post litis contestationē. Sin verò in rem sit aduersus eum cōpetit, qui posſidet vel qui dolo fecit quominus posſideret, (dolus enim semper pro posſeſsione habetur) & eius hæredem.

c Lex ea causa, vt ex tumultu incendio, ruina, naufragio.

Quid in actione venit.

QVID in actione venit in personam est, ex contractu, *d* vel quasi contractu videndum est, vtrum

d Actiones ex cōtractu sunt, cōmodati, depositi, pignoratitia, mādati, quasi ex cōtractu sunt tutelæ negotiorum gestorū.

vtrum contractus talis vel quasi contractus sit, vnde mutuæ nascantur obligationes, vt sunt commodatum, depositum, pignus, mandatũ, tutelæ, negotiorum gestorũ. Ex his enim omnibus prædictis, duplices nascuntur actiones, vna directa, altera contraria. Directa actio est quæ datur domino rei: veluti commodati, deponenti, debitori mandati pupillo, ei cuius negotia gesta sunt. Contraria est, quæ datur his qui rem gesserunt, commodatario, creditori, mandatario tutori, curatori, negotiorum gestori. Et in directis actionibus venit, res quæ in conuentione posita est, vt præstetur seu restituatur. Item dolus & lata culpa solummodò in quibusdam: veluti in deposito, & etiam in pro socio. Vtrunque in quibusdam, dolus & omnis culpa & diligentia: vt in pignoratitia, mandati, tutelæ, negotiorum gestorum. In aliis exactissima diligentia, vt in commodato. In contrario iudicio venit hoc quod impensum est. In venditi iudicio conuenit pretium. In empti verò res vendita, & si quid in ea delinquit dolo vel culpa, veniunt etiam accessiones. Item in locati actione, venit merces & delictum, & custodia diligens venit ipsa res, quæ locata est. In conducti iudicio venit, si quid impendit, si quid deliquit. Et notandum, quòd omnes prædictæ actiones, a ad interesse spectant: vt si

a Omnes personales actiones ita sunt proditæ, vt id quod in conuentione est in primis per eas petamus: vt si equum ab aliquo emi, & mihi venditor non tradat, agam ex empti actione, petendo equum vt mihi secundum conuentionem tradat. Quod si tradere non curet, iudex eum condemnare debet ita vt vel equum mihi tradat, vel interesse mihi præstet. i. tantũ mihi præstet, quantum petere ostendere meam vtilitatẽ futuram ex traditione equi: veluti si eo die quo mihi tradere debuit, cum pretio cuius dederam, mihi præstabit.

quidem hoc quod in natura actionis est, præstet reus cum suis accessionibus, absoluatur. Sin autem ad interesse reus cõdemnetur. Et notandũ quòd omnes prædictæ actiones bonæ fidei sunt. Item bonæ fidei est, ex stipulatu, quæ a compe-tit mulieri ad requirendam dotem. Item præscriptis verbis, quæ competit de æstimatione, & ea quæ ex permutatione b & hoc sciendum generaliter, quòd in omnibus bonæ fidei iudicijs, non solùm res quæ est in conuentione, venit, sed omnes personales præstationes. Item omnes accessiones. Item quicquid alterum alteri ex bono & æquo præstare conuenit. Item si pecunia est, vsuram c ex mora præstari conuenit. In aliis autem ex contractu: veluti in condictione certi, quæ descendit ex mutuo & in stipulatu, præter in supradicto casu, & indebiti condictione, & in præscriptis verbis actione ex alijs causis præter supradictas competente, quia stricti iuris sunt res ipse tantùm, quæ in conuentione positæ sunt, veniunt, vel per errorem solutæ. Post litis autem contestationem etiam accessiones veniunt. In his autem accessionibus quæ nascuntur ex maleficio vel quasi maleficio, in quibusdam venit simplum, in quibusdam duplum, in aliis triplum, in aliis quadruplum. Simplum venit, velut in actione

a Siue intercessit stipulatio siue nõ: iure enim tacito semper intercessisse intelligitur.

b Permutatio differt à mutuo: quia in mutuo eadem qualitas & quantitas restituẽdi est: in permutatiõe verò & eadem & diuersa præstari possunt. Item mutuũ cõstat in his rebus quæ cõsistunt pondere, numero, mensura. Permutatio verò omnium rerũ corporaliũ fieri potest.

c In omnibus bonæ fidei iudicijs vsuræ ex mora veniũt. Moram autẽ facit, qui postquàm debuit soluere interpellatus, cum nullam iustã causam habeat, noluit.

actione legis aquiliæ: item de dolo, & post annum vi bonorum raptorum. Duplum in actione furti nec manifesti, serui corrupti, & in actione depositi, ex incendio ruina naufragio, si inficiatur. Triplum veluti si quis maiorem summam in libello conuentionis, inseruit, vt viatores maiores sportulas à reo exigerent. Quadruplum cõsequitur, actione furti, vi bonorum raptorum. Item de calumnia, & in alijs multis casibus vltra quadruplum, nulla actio prodita est. Per actionem verò in rem consequitur quis ipsas res, in quas intendit: & in alijs quidem venit res ipsa, quæ petitur, in quibusdam ius tantum in re, in quibusdam sola possessio. Res ipsa venit in actione iure speciali, quæ vendicatio appellatur: veniunt etiam partus, & fœtus, & fructus accessiones, & hoc variè secundum qualitatem possessorum. Si enim bonæ a fidei sunt possessores, de consumptis non tenentur. Malæfidei possessor, omnium rationem reddet. In petitione autem hęreditatis, quę competit hæredi, solummodò contra eum qui possidet pro hærede b vel pro possessore, veniunt non solùm res, quæ fuère defuncti, sed & commodatæ & depositæ, & quæcunq; defunctus possedit quoquo iusto modo tempore mortis, quæ non tantùm personales fuere

a Quicquid aliquis sperat ex bono & æquo se consecuturũ ab eo cũ quo contraxit, vel quasi cõtraxit, bona fides dicitur.

b Qui putat se hæredem esse cum non sit.

a Nota has dictas actiones, mistas in rem & in personã.

& vsusfructuariæ. Item in familiæ a erciscundæ, & communi diuidundo res ipsæ veniunt, non ad hoc vt restituantur, sicut in supradictis, sed vt diuidantur: veniunt etiam personales præstationes, nó vnde personam regundorum iudicantur. In finium verò regundorum veniunt res, non ad hoc vt restituantur vel diuidantur, sed vt eorum termini erigantur. Ius in re consequitur quis actione in rem propositam, de vsufructu, & vsu & habitatione. Item ius in re consequitur quis de seruitutibus vrbanorum prædiorum & rusticorum, quæ dantur tam ex parte petentis, quàm possidentis, b cùm in nullo alio iuris articulo possidenti actio sit prodita. Possessionem consequitur quis Seruiana, & quasi Seruiana. Per actionem verò ad exhibendum neque rem consequimur, neque ius in re: sed tantùm vt ostendatur nobis vt posteà vẽdicare, vel alio modo petere possimus, qua quidem actione potest agere is, cuius interest, vt exhibeatur ex aliqua probabili causa. Item sciendum quod quædam actiones, sunt rei persecutoriæ tantùm, quædam pœnæ tantùm, quædam rei & pœnæ, quæ mistæ vocantur. Rei persecutoriæ sunt omnes actiones in rem: item in personam, omnes ex contractu, vel quasi contractu præter actionem depositi, quæ

b Per quam possidens negat esse Titio ius veluti altius ædificandi.

competit

competit eo nomine cuius depositũ est. Tumultus incendij, ruinæ, naufragij causa contra inficiantem. Ex maleficio verò quædam pœnę tantùm sunt persecutoriæ, quædam mistæ. Pœnam tantùm consequitur quis, actione a furti, iniuriarũ, quod metus causa, intra annum. Item de eo quod suspensum positúmve est, quod vulgò tunc facientibus nocere posit. Pœnam verò & rem consequitur actione vi bonorum raptorũ, damni iniuriæ & alijs multis. Rem tantùm consequitur veluti condictione furtiua.

a Actio quæ dicitur cõdictio furtiua, cõpetit domino ad rē sibi furatā tātùm persequendā. & distat ab actione furti: quia p eā pœnā tantū consequimur, per codictionē furtiuā rē tātū furatā. Actione quæ dicitur dāni iniuriæ cõsequitur quis & æstimationē damni, id est, rem & quati eo anno vel xxx. proximis diebus plurimi fuerunt quod est pœna.

De officio iudicis.

OFFICIVM iudicis est * id, quod venit in vnaquaque actione exequi. Item compensationes admittere, præter in actionibus in rem, cùm de ipsa re est controuersia. Item in bonæ fidei iudicijs, si pecunia est ex mora, in vsuram condemnare. Nonnunquam ipsum petentem ad taxationem rei, quæ petitur cum iureiurando admittere. Et generaliter quicquid alterum alteri ex bono & æquo debere viderit, in id debet cum cõdemnare.

** Officiũ iudicis est. Ius dicentis officium (authore Vlpiano lib. 1. regul.) latissimum est. Nam & bonorum possessionem dare potest, & in possessionem mittere, pupillis nõ habentibus tutores cõstituere, iudices litigantibus dare. l. 1. de iurisd. o. iudic.*

* *Actioibus. Eas expēdit actiōesquæ ex cōtractibus illorū deriuantur, qui in alterius sunt potestate, vt actio qđ iussu, exercitoria, institoria, & de in rē verso. Itē tributoria & de peculio.*

* *Quod iussu. Meritò ex iussu domini vel patris in solidum aduersus eū iudicium dari VLpianus lib. ad edict. xxix. rescripsit. Nā quodāmodo cū eo contrahitur, qui iubet & insolidū tenetur. l. j. ff. qđ iussu.*

* *Iussu. Iussum accipere debemus, siue testato quis, siue p epistola, siue verbis, aut per nūtiū, siue specialiter in vno cōtractu iusserit, siue generaliter. d. l. j. §. iussum autem.*

* *De in rē verso. De in rēverso actioni locū esse, quādo y, qui in potestate*

De actione in nos ex contractu filiorum vel seruorum.

ITEM sciendū de actiōibus, * quòd non solùm conuenimur quandoque ex nostro contractu, vel eius cui successimus, sed ex alieno: veluti ex contractu eorum quos habemus in potestate, id est filiorū vel seruorum: ita demum quis ob eorū contractum in nos agere poterit, si vel iussu nostro contractum est, aut in rem nostram versum est, aut si eos tabernæ, vel alicui negotiationi præposuerimus, aut si eos nauis exercitores fecerimus, aut peculium aliquod habere dignoscuntur actione. Quod iussu * agitur, cum nostro iussu, * aliqui negotium cum his quos in potestate hominis gestū est: & hac actione actor solidū consequetur. De in rem verso * actione agitur, cùm quod gestū est, cū prædictis personis, in rem nostram versum est: veluti si seruo meo Titius mutuo x. dederit, & seruus omnis vel partem eorum in vtilitatem meam vertit, & hoc iudicio, id solùm quod actor in rem nostram versum esse probabit, consequetur. Institoria agit, qui cum seruo vel filio contraxit, quem tabernæ vel alicui negotiationi præposueramus, eius rei gratia

gratia cui præpositus fuerat. Exercitoria * agit, qui aliquod negotium gessit cum eo, quem naui præposueramus eius rei gratia cui pręerat. De peculio agit omnis, qui contraxit cum his, quos in potestate habemus, cùm ipsi aliquod peculium habere dignoscuntur. Peculium autem est patrimonium personæ in potestate constitutæ. Ita demum quis de peculio aget, si contra decretum amplissimi *a* ordinis, mutuo pecunia data sit. Tunc enim creditor ad petendū nullam actionem habebit. hac autē actione tantum quis consequetur quantum in peculio est, deducto hoc qđ patri dominóve debetur. quod si nihil sit in peculio hac actione nihil consequetur. Est & alia actio, quæ datur in nos ex contractu filij vel serui, quæ tributoria appellatur. Hęc autem actio tunc locum habet, cùm seruus vel filius negotiatur in merce peculiari & eius rei causa, cum eo aliquod negotium gestum est. Hac autem actione pater vel dominus non deducet id, quod sibi debetur, sed cum omnibus creditoribus æquam conditionem habebit.

De noxalibus actionibus.

EX MALEFICIO autē filiorumfamiliâs in parentes nulla datur actio, sed ipsi suo nomine cōueniuntur. Ex ser-

sunt aliena, nihil in peculio habēt, in solidū tamē tenentur, qui eos habēt in potestate, si in rē eorū, quod acceptū est, conuersum sit: quasi cū ipsis potius cōtractū videatur. l. j. in prin. ff. de in rē vers. In rē aūt versum videtur siue idipsum qđ seruus accepit, in rē domini cōuertit. l. qđ si seruus. §. in rem aūt. ff. de in rem verso.

* *Exercitoria. Exercitorē vt Dominus Vlpianus lib. xxviij ad edic. scribit, eū dicimus ad quē obuētiones & reditus oēs perueniūt, siue is dominus nauis sit, siue a domino nauē per aduersionē cōduxit, vel ad tēpus vel in perpetuū. l. j. §. exercitorem. ff. de exercit.*

a Amplissimus. i. senatus consultum macedonianū, inhibet repetitionē eius

uorumverò dantur actiones in dominos, quæ noxales * appellantur. Eſt autem noxa, ipſum animal quod nocuit: noxia verò ipſum maleficium vocatur: tamen quandoque & ipſum maleficium noxa. hoc autem iudicio ita dominus damnatur, vt vel ipſum maleficium, veluti furtum, rapinam, damnū, iniuriam ita emendet, ac ſi liber homo feciſſet, vel ſeruum ipſum noxæ dedat. Illud intelligendum eſt, ſi animal alicuius veluti, equus, aſinus mulus, canis, pauperiem faciat.

De pauperie.

EST AVTEM pauperies damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt dici iniuriam feciſſe, qui ſenſu caret. Ita autem actio de pauperie * locum habet, ſi contra naturam aliquo feruore aut feritate, damnum datum ſit. Hæc autem toties tenenda ſunt, quoties nec ſeruus domini iuſſu, vel voluntate damnum dederit, aut animal alicuius inſtigatu pauperiem fecerit: tunc enim & directò dominus ſuo nomine tenebitur: & is cuius inſtigatu damnum datum eſt, inſolidum emendare cogitur.

pecuniæ, quæ data eſt filiofamiliâs ni ſi data ſit ſtudiorū cauſa, vel militiæ vel ſimili ratione, & idcirco ab his mutuæ pecuniæ repetitio inhibetur, quia toties coacti à creditoribus vitæ parentū inſidiabantur.

* *Noxales. Noxales actiões ſecundū Caium lib. ij. ad edict. prouinc. appellātur, quæ non ex cōtractu, ſed ex noxia atq; maleficio ſeruorū aduerſus nos inſtituuntur, quarū vis atq; poteſtas hæc eſt, vt ſi dānati fuerimus liceat nobis deditione ipſius corporis qđ deliquit, euitare litis æſtimationem. l. j. ff. de noxal. act. l. ij. & iij. C. eod.*

* *Actio de pauperie. Actioni de pauperie (vt Seruius ſcribit) tunc locum eſſe, cum cōmota feritate nocuit quadrupes, puta ſi equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus petierit, aut mula propter nimiam ferocitatem. l. j. §. aut prætor. ff. ſi quadrup. paup. feciſſe dicatur.*

De inter-

De interdictis.

SVPEREST vt videamus de interdictis. Sunt autē interdicta formulæ & conceptiones verborū quibus prętor aliquid fieri iubebat vel prohibebat. Interdictorum autem alia sunt exhibitoria, alia ꝓhibitoria, alia restitutoria. Exbitoria sunt veluti de libero homine exhibendo, vel de liberis exibendis. Prohibitoria sunt veluti interdictū per quod prætor prohibet fieri vim sine vitio possidēti. Item ne quid fiat in loco sacro vel religioso, quo ius loci lædatur. Item ne quid fiat in flumine publico, vel eius ripa quò peius nauigetur. Restitutoriū est, veluti interdictū vñ vi, qđ cōpetit ei, qui vi de possessiōe eiect⁹ est: cū nec vi, a nec clā nec precario, ab aduersario possidebat. Itē interdictorū, alia sunt cōparata gr̃a adiscēdæ possess. alia retinēde, alia recuperādę. * Cā adipiscēdę * possess. sunt cōparata, interdicta, veluti, quorū bonorū, * qđ competit eis, qui iure prætorio hæredes

a Vi possidet, qui alium vi expulit. clam possidet, qui sciens rem alienam insciente domino timens cōtrouersiam futurā latenter possidet. Precario qui precibus impetrauit possessionē, veluti colonus, hi cēs interdicto vnde vi agere non possunt. * Recuperandæ. quorū meminit Imperator in §. sequēs insti. eo. & Pau. li. 63. ad edict. l. ij. §. hęc aūt Interdicta. ff. e. Bernar. glo. in c. pastoralis. de cau. poss. & propr. Aliæ verò interdictorum species quotquot sunt: qualia sunt ꝓhibitoria, restitutoria & exhibitoria de quibus suprà et duplicia & simplicia, de quibus in § summa. de interd. inst. & in l. j. ff. e. in illas species cōtineri videntur. Omnia enim interdicta ad effectus aut adipiscēdæ aut retinēdæ, aut recuperādæ ꝓducūtur. obidq; cōparata, vt cui possessio retineatur, aut adipiscatur, aut recuperetur. * Adipiscēdæ. Interdictū adipiscēdæ possessionis ideo dictū & cōparatū est, quod ei tantū vtile sit, atq; illa cōpetat qui rei possessionē adipisci conatur, quã nūquã adeptus est. §. sequē. versi. ideo insti. eo. & huius interdicti quinq; sunt species. Quorū bonorū, quorū legatorū interdictū Saluia. remediū l. fi. C. de edi. di. Adri. & remediū l. fi. ff. de ventr. i. licet hic duæ tantū annumerentur. * Quorū bonorū. Interdictū quorū bono-

rũ, bonorũ possessori cõpetit, cõtra eũ, qui se sa sò pro hærede aut possessore gerit. §. sequẽs. vers. adipiscẽdæ insti. eo. & l. j. ff. quorũ bon. & l. quod de recuperanda. c. pastoralis. extr. de cau. posses. & proprie. Antequã tamẽ hoc interdictũ alicui cõpetat, se filiũ probet necesse est. d. l. j. ff. quorũ bonor. a Carboniano interdicto cautũ est, vt si pupillo voliti patri succedere, generis cõtrouersia moueatur. veluti si dicatur nõ esse filius defuncti, vt hæc quæstio, vsq; ad pupillares annos differatur & interim pupillus possessione rerũ hæreditariarũ habeat, & vnde ei alimenta præbeatur. Retinẽdæ poss. *interdictũ retinẽdæ possessionis, ideo dictũ est, quod pro retinẽda seu recuperanda possessione datur ei, qui iã possessionẽ nactus est, aduersus eũ qui possessorẽ inquietat aut turbat, quominus ei sua possessione vti liceat. §. retinẽdæ insti. eo. c. licet causam. de proba. & c. pastoralis. de caus. poss. & propr. extr. Huius aũt interdicti tres sunt species. vti possidetis, cuius loco prĩ. tũ vtitur querimonia nouitatis, vtrobi & remediũ l. j. C. de Carb. edict.* b *Differũt tamen hæc duo interdicta: quia vti possidetis locũ habet in rebus immobilibus, vtrobi verò in mobilibus.* Et vti. *Adde & tu pro tertia specie interdicti retinẽdæ, remediũ l. j. C. de Carbo. edi.*

* *Restituendæ. Aliàs recuperandæ possessionis interdictũ cõparatũ pro recuperãda possessione rerũ immobilium: quarũ quidem possessionẽ nactus fuerat: nũc verò casu aliquo priuatus est contra iuris æquitatem & ordinem. §. recuperãdæ. instit. eo. l. ij. §. recuperandæ. ff. e. ti. c. sæpè. de resti spol. & can. reintegrãdæ. iij. q. j. cuius species sunt tres & viginti.*

existũt ad petẽdã hæreditatẽ. Item quorũ legatorũ, quod cõpetit legatarijs ad legatorũ possessionẽ adipiscendã. Itẽ Carbonianũ *a* edictũ, qđ causa adipiscẽdę possessionis introductũ est, qđ cõpetit puero ad hęreditarias res possidẽdas, quousque discernatur, an filius defuncti sit, qui toties locũ habet, quoties de partu dubitatur. Retinẽdæ * possessiõis cã cõparata sunt interdicta *b* vti possidetis, & vtrobi, * quę tũc dãtur, cũ vterq; se possidere cõtẽdũt, per qđ inquiritur, qs maiore parte ci⁹ anni, nec clã, nec vi, aut p̃cario ab aduersario possederit. Restituẽdæ * posses. cã cõparatũ est interdictũ vñ vi, qđ ei cõpetit, q de possessiõe vi expulsus est, intra annũ vtilẽ. vtilis ann⁹ est, intra quẽ copia experiundi fuit. In hoc interdicto nihil

aliud

aliud quæritur, nisi si possessor qui vi expulsus est, ab eo qui expulit, nec vi, nec clam, nec precario posidebat. Et notandum quòd tam interdicta quàm etiã omnes actiones prætoriæ, si in rem sunt, perpetuæ sunt: si in personam, anno terminantur. Omnes verò actiones vel interdicta, ita demùm locum habent, nisi vel ipso iure sublatæ sint, vel præscriptione remoueantur, vel exceptione elidantur. Quomodo autem ipso iure tollantur vel præscriptione remoueantur, superius dictum est. Nunc verò videndum quomodo exceptione inefficaces ostendantur.

De exceptionibus.

EST AVTEM * exceptio contra actionem, ipso iure tenentem, gratia eius, cum quo agit, ex æquitate inducta defensio. veluti hæ, doli mali, quod metus causa, pacti cõuenti, iurisiurandi, rei iudicatæ, non numeratæ dotis, non numeratæ pecuniæ. hæ autem exceptiones tunc locum habent, cùm is qui conuenitur iure quidem stricto, tenetur actione, sed ei contra ius strictum aliqua prædictarum causarum interueniente ex æquitate succurritur. Si enim non tenet actio, nullo modo locum habet ex-

** Exceptio. Exceptio autem (vt scribit Vlpian. lib. 74. ad edict.) dicta est quasi quædam exclusio, quæ opponi actioni cuiusq; rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationémue deductum est. l. 2. ff. eod.*

ceptio. Tenet verò actio donec certus modus eius soluēdæ interuenit. Itaq; si alicui nouē per stipulationē promisero: postcáq; ne à me petat, cū eo cōuenero, vel mihi eo deferēte iusiurādū, nō me sibi eosdē debere iurauero, vel si iudicatū erit me sibi decē nō debere, vel si dolo id fecit, vt ego promitterem, vel metu, ad promittēdum me coegit, vel si ideo promisi, quòd mihi eū numeraturū putaui, licet stricto iure eius cōtra me ex stipulatu actio teneat. Hæc enim, nō nisi solutione vel acceptilatione tolli pōt. tamē petentē, exceptione pacti cōuēti, vel iurisiurandi, aut iudicati, aut doli, aut metus, vel nō numeratæ pecuniæ summouebo.

De publicis iudicijs.

CRIMINALIS causa est, cùm crimen aliquod intentatur. vnde non pecuniarum commodū, sed vindicta personæ speratur. hæc verò non per actionē exercetur, sed per accusationē, & solemnē inscriptionē. Is enim qui aliquem accusare vult, cōficere debet libellū accusationis, in quo & crimē cōtineat, & locū, & tēpus, & diem, & nomē accusati, & quo consule factū esse ostendat, & ad iudicē deferre. In publico autem crimine, cuilibet ex populo accusandi potestas

teſtas datur: vnde & publica * dicuntur, quaſi populica, dum aliqua ſpeciali ratione non prohibeatur. Prohibentur autem ſerui, liberti, contra patronos (niſi in crimine maieſtatis) parentes, liberi, mulier, miles, niſi in ſua cauſa, ſuorumq́; . Item publico crimine accuſatus prohibetur alium accuſare, donec ſe expurget. Item impuberes, & qui ſenſu carẽt. Item de adulterio, accuſatio contra mulierem marito primitùs, & poſteà propinquus defertur. Item de homicidio prius hæredibus interfecti, poſteà cuilibet accuſatio defertur.

* *Publica. Non omnia iudicia in quibus crimẽ vertitur, publica ſunt: ſed ea tantũ quæ ex legibus iudiciorum publicorum veniunt: vt Iulia maieſtatis, Iulia de adulterijs, Cornelia de ſiccarijs & veneficijs, Põpeia parricidij, Iulia peculatus, Cornelia de teſtamentis, Iulia de vi publica, Iulia de vi priuata, Iulia ambitus, Iulia repetũdarũ, Iulia de annon. l. j. ff. de public. iudic.*

De pœnis.

ITEM In publico iudicio, tria genera pœnarum conſideranda ſunt. Summum genus eſt, ſuſpenſio, crematio, decolatio, beſtiarum ſubiectio. Medium genus pœnæ, metallum, ludus, deportatio. Minimum, relegatio, exilium, publica vincula. Omnes autem pœnæ tam publicorũ iudiciorum, quàm & priuatorum, moliendæ ſunt, nõ exacerbandæ: beneficia verò exageranda ſunt, & ideo pœnæ ad exemplum trahendæ non ſunt. Sunt autem publica iudicia hæc, lex Iulia, quæ adulteros punit capite. Item de ſtupro, quæ tutorem qui pupillæ virginitatem corruperit, in

exilium damnat, & res eius fiſco deputat. Eadem lege punitur capite, ea quæ ſeruo proprio occultè miſcuerit, ſeruus etiam viuus igni traditur, & huius criminis accuſatio etiam ſeruis cōceditur. Item capite punientur ex ſententia eiuſdem legis, maſculorum concubitores. Lex Cornelia * teſtamentaria quæ punit eum, qui teſtamentum quíve aliud inſtrumentum dolo malo conſcripſerit, recitauerit, ſubiecerit, amouerit, deleuerit, commutauerit, quíve ſigillum adulterinum fecerit, impreſſerit, quíve falſam monetam, vel adulterinam fecerit, qui falſum teſtimonium dixerit, qui ob falſum teſtimonium perhibendum, vel verum non perhibendum aliquid acceperit, dederítve, quíve iudicem & ſententiam ferat, vel non ferat corruperit, corrumpíve curauerit, qui ob ſententiam dicendam vel non dicendam, acceperit. Honeſtiores perſonas quidem deportatione & publicatione bonorum, humiliores, aut in metallum, aut fortè ſuſpenſione: ſerui autem poſt commiſſum manumiſsi capite puniuntur. Item lex Cornelia de ſiccarijs, a & veneficijs, b quæ pœnam infligit his, qui hominem occiderint, vel eius rei faciendæ cauſa furtiuè cum telo fuerint, & qui venenum hominis necandi cauſa, habuerint, vendiderint, parauerint, qui falſum teſtimonium

** Corneliā. Praetor tit. digeſtorum Codic. & auth. videas Iulij Pauli ti. ad leg. Cornel. teſtamētariā. libr. 5. ſentēti. recept. ad fili.*

a Sicca eſt ferreus culter, ponitur tamen pro quolibet gladio.

b Item eadem puniūtur magi, aruſpices, augures, qui nocturna demonū ſacrificia celebrāt, & per inċātatiōes demones inuocant, cōſultúmve, tēpeſtates quæ emittūt quiq; homines immolāt, hi autē beſtijs ſubijciantur, aut viui vrantur ſeu capite puniantur.

ſtimonium dixerint, ob quod quis mortuus fuerit, mortíſve cauſas parauerint, ſiquidem honeſtiores ſint perſonæ capite puniuntur, aut inſulis deportantur: humiliores verò aut furcis ſuſpenduntur, aut beſtijs ſubijciuntur. Item lex Pompeia de parricidijs, * quæ punit eos, qui patrem matrémve, aut aliquem aſcendentem filium filiámve: aut aliquē de deſcendentibus fratrem ſororémve, vel alium propinquum occiderint. Hi enim immiſsi culeo cum gallo gallinaceo, item ſimia aut vipera, in vicinum mare, aut amnem (prout qualitas regionis tulerit) proijciatur. Item lex Flauia de plagiarijs. Plagium eſt liberi hominis furtum, quæ capite punit eos, qui liberos alienos furantur. Item lex Iulia repetundarum, quæ iubet vt iudices poſt depoſitam adminiſtrationem per quinquaginta dies in eadem prouincia morentur, & ſi inuenti fuerint furtis aut ſceleribus ſe commaculaſſe, omni honore exuti inter infames habeantur. Item lex Iulia de vi publica ſeu priuata, qua honeſtiores, tertia parte bonorum amiſſa, relegantur: humi-

** Parricidijs. Parricidij pœna quæ ſit, & qui parricidij pœna obnoxij ſunt, verbis Modeſtini docemur, inquiētis, pœna parricidij more maiorum hæc inſtituta eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus in culeo inſuatur cū cane gallo gallinaceo, vipere & ſimia: deinde in mare profundū culeus iacietur: hoc ita ſi mare proximum ſit, alioqui beſtijs ſubijcitur, ſecūdū diui Adriani conſtitutionem. Qui alias perſonas occiderint præter patrē & matrē & auū & auam, quos more maiorū puniri ſupra diximus, capitis pœna plectūtur, aut vltimo ſupplicio mactātur. l. pen. ff. ad leg. Pōpei. de parric. Lege Pōpeia de parricidijs Iulio Paulo authore lib. 5 ſententiarū receptarū ad ſil. tit. ad leg. Pompeia de parric. tenetur, qui patrē, matrē auū, fratrē ſororē, patronū patronāvè occiderit, & ſi antea inſutus culeo in mare præcipitabātur: hodie tamē viui exuruntur, vel ad beſtias dantur.*

les in metallum damnantur. Item lex Iulia peculatus, qua capite punitur, qui publicam pecuniam furatus, in suos vsus conuertit. Est autem peculatus, furtum publicæ pecuniæ. Item lex Iulia maiestatis, * quæ pœnam infligit his, qui arma contra Imperatorem vel rempublicam mouerint, cuiúsve ope vel consilio mota sunt, exercitûsve in insidias deductus est. quíve sine iussu Imperatoris bellum mouerit, exercitúmve conduxerit, solicitauerit, comparauerit. Huius quidem pœna, humiliores bestijs subiiciuntur, aut viui vruntur: honestiores verò capite puniuntur, ac post mortem memoria eorum damnatur. Item lex Iulia de ambitu, * qua in insulã deportatur, qui turbam suffragiorum causa conduxerit, vt aut consulatum, vel aliquam dignitatem adipisceretur, aliquid alicui dederit vel promiserit. Item publicum crimen est, raptus, quo crimine punitur capitali sententia, qui virginẽ seu viduam, vel quamlibet mulierem, per raptum sibi vel alij in matrimonio vel contubernio sociare voluerint, quíve etiam ad huius factum, assensum & consilium opémve præbuerint. Eadem puniuntur qui virgines vel viduas sacras, causa iungendi in matrimonio, non dicam rapere, sed tantùm fuerint ausi attentare. Item publico crimine, si vilior persona est, fusti-

bus cædi

Maiestatis. Maiestatis crimẽ quod sit habes in l.j. ff. ad l. Iuliãm maiesta.

De ambitu. Ambitus pœna vt Iul. Paulus scribit deportatio erat, quæ in locũ aquæ & ignis interdictionis successit. fortè ex lege, quã C. Calphurnius Piso de ambitu rogauit sed postea ex senatusc͂õsulto ad interpretationẽ legis Iuliæ promulgato cẽtum aureorũ cũ nominis ignominia est cõstituta l. vni. ff. ad leg. Iuliã. de amb. quæ est Modestini, qui circa principatũ Alexãdri scripsit. Qui vt inquit Lãpridius, honorẽ ius gladij habentẽ nũquam vẽdi passus est. hoc dictitãs, Necesse est vt qui emit etiam vẽdat. Erubescerẽ, inquit, eũ punire, qui emit & vendidit.

bus cæditur, si quis latronem vel in publico crimine reum in domo sua occultauerit, aut iudici tradere neglexerit, si vero honestior sit persona, iudicis arbitrio damnum patietur. Idem æstimatione iudicis punientur, qui seditionem audent commouere. Item fustibus cæditur, qui iniuriam publico iudicio fecisse conuincitur. Item qui sacrilegium faciunt, vel deportantur ad tempus, honestiores vel humiles in metallum depenantur. Item qui terminos excedunt vel exarant, vel alio in alicuius fraude commutant, siquidem serui fuerint, in metallum damnantur, si verò humiliores personæ, in opus publicum, honestiores in insulam, amissa tertia parte bonorum relegantur, & damnum soluere coguntur. In omnibus autem publicis criminalibus non solùm is tenetur qui facit, sed etiam qui faciendum mandat, cuiúsue etiam consilio facta sunt. Item publico crimine damnatur qui se periurasse conuincitur, qui vltimo supplicio ferietur.

De bonis damnatorum.

BONA autem capite damnatorum, non vt olim ad lucrũ præsidis pertinere debẽt, sed abintestato venientibus restitui oportet. Et hæc nos summatim

de publicis iudicijs, dixiſſe ſufficiat. Alioqui in libris Digeſtorum ſeu Pandectarum, diligentior diſciplina paratur.

De ſententijs & prouocationibus.

NVNC de ſententijs, & prouocationibus conſideremus. Omnis ſententia diffinitiua, & certam rem vel quantitatem continere, & in ſcriptis [a] proferri debet: alioqui nullas vires habebit, nec ab ea prouocandum eſt. Iure verò ſententia data executioni mandanda eſt, niſi ab ea prouocatur. Prouocatione verò ſententia ſuſpenſa, executio differenda eſt. Prouocare autem poteſt quis, nõ ſolùm in ciuili cauſa, ſed etiam in criminali. Item contra omnem ſententiam appellari poteſt, niſi is qui ſententiam dedit, ſit præfectus prætorio [b]: tunc enim non prouocatio, ſed retractatio locum habet. Item omnis prouocatio intra x. dies à die datæ ſentẽtiæ fieri debet, poſtcà non admittitur. Quod antem contra omnium iudicum ſententias poſsit appellari, Iuſtiniani Imperatoris nouella conſtitutio oſtendit, titulo de appellatione & retractatione. Omnes iudices porrectas appellatiões ſuſcipiant, niſi ſit præfectus prætorius. * Quod aũt intra decem dies, quis poſsit appellare, eius noua con-

a Excepta epiſcopali ſentẽtia, quæ & ſine ſcriptis proferri poteſt, niſi partes vt in ſcriptis proferatur deſiderauerint, tunc datur executioni quando iudex facit eam impleri.

a Præfecti prætorio tantum tres erant, vnus in vrbe, duo extra.

* Prætorio.

ua constitutio præcipit, dicens. Omnis prouocatio siue per se, siue per aliũ quis velit prouocare intra decem dies porrigatur, quos numerari constitutio præcipit, ex ea die qua diffinitiua sententia recitata est.

Qui prouocare non possunt.

QVI AVTEM ex contumacia absunt, condemnati prouocare non possunt. Itẽ qui in aliquo negotio bis victus appellauit, tertiò appellare non poterit. Ait enim prædicti Imperatoris noua constitutio. Prouocationes damnato non denegẽtur, nisi fortè ter appellare quis maluerit. Nam & tertia prouocatio interdicta est, & contumaces appellare non possunt.

Intra quod tempus omnis prouocatio fieri debeat.

LEGITIMA autem procatione iudices inter statutos decem dies, eam recipere non recusent, & xxx. dies postquàm prouocatio subsecuta est, literas dimissorias, quæ vulgò apostoli, nominantur, & etiam acta negotij apud se confecta, dare non differant. Qui si non fecerit, calculus quidem tempo-

ris transactione minimè confirmabitur. Ipse verò iudex & qui ministeriũ ei prębent, omne damnum, quod ex hac causa reus passus est, reddere cogatur, & denas libras auri priuatis largitionibus Imperatori pœnæ nomine exoluerat. Hoc etiam obseruandum in omnibus prouocationibus, vt appellationes factæ intra statutum tempus, si quidem vtraque pars præsens fuerit, iudex qui de appellatione cognoscit, sine dilatione, quę acta sunt perscrutetur, & legitimum calculum proferat. Quòd si solus apparitor intrauerit vsque ad vltimum fatalem diem, id est, vsque ad finem biennij lis differatur: quo elapso iudex legitimam sententiam dicat. Quòd si solus victor intrauerit, non solum vltimum fatalem diem, sed & tres menses, idem tempus reparationis expectet. Quòd si etiam tunc non venerit, nullatenus biennalis præscriptio opponatur, sed acta considerentur, & secundum quod rectum iudex inuenerit, sententiam ferat, & generaliter semel appellatione introducta ab vnà parte, vel ab vtraque, non biennalis temporis transactio, sed rei veritas, priorem calculum confirmet, siue vna parte præsente, altera absente, siue vtraque præsente. Ex hoc sciendum, quòd si is qui appellat, absens fuerit, siue vincat, siue vincatur impensas sol-

pensas soluere cogitur. Si autem & calumniator esse conuincetur, in quadruplum eas exoluet, & perpetuæ infamiæ subiacebit.

De calumniatoribus.

EST autem calumniator qui sciens litem ad se non pertinere, aduersarij vexandi gratia, litem mouit. Ad quos autem iudices appellare liceat, dicere necessarium duximus, eo quòd ij quos lex nominat, apud nos non habentur. Hoc tamen sciendum, quòd si datus iudex sententiam dederit, ad eum qui dederit, esse appellandum. Ab arbitrio autem tantùm communium partium consensu electo, prouocãdum non esse tam diui principes, quàm etiam Iurisconsulti voluêre.

CORPORIS LEGVM ABBREVIATI PER MODVM INSTITVTIONVM

FINIS.

r De. Caio iurisc. et his libris institut. multa. Ant. Aug. lib. 1. emedat. cap. 5. et plura cap. 8.

CAII

INSTITVTIONVM LIBRI DVO, QVORVM PRIOR DE PERsonis, posterior de Rebus.

TITVLI LIBRI PRIORIS.

* Curatoribus.

TITVLVS I.

De statu hominum.

OMNES homines aut liberi sunt, aut serui: sed ex ipsis qui liberi sunt, alij sunt ingenui, alij libertini. Ingenui, qui ingenui nati sunt. Libertini, qui iusta seruitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omnium vnus status

est. Libertorum verò ideo non vnus est:
* Libertatũ. quia tria sunt genera * libertorũ: quia liberti aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut Dedititij: tamẽ qui ciues Romani sint, qui Latini, breuiter explanandũ est. Ciues Romani sunt, qui is tribus modis, id est, testamẽto, aut in ecclesia, aut ante consulẽ fuerint manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolã, aut inter amicos, aut cõuiuij adhibitiõe manumittũtur. Dedititij verò sunt, qui post admissa crimina supplicijs subditi, & publicè pro criminibus cæsi sunt, aut in quorũ facie vel corpore quæcũq; indicia, aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa sunt vt deleri nõ possint: hi si manumissi fuerint,
* Libertorũ. Dedititij appellãtur. Sed inter hæc tria genera * libertatũ, ideo ciues Romani meliorẽ statũ habẽt: quia & testamẽta facere, & ex testamẽto quibuscũque personis succedere possunt. Nã & si Latini & Dedititij, nec testamẽta cõdere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare: tamẽ Latini certis rebus priuilegia ciuiũ Romanorũ Libertorũ cõsequi possunt. Dedititij verò nulla ratione possunt ad ciuiũ Roma-
* Ordinis beneficio. norũ Libertorũ * Beneficiũ peruenire. Nã Latini patronorũ beneficio, id est, si iterũ ab ipsis aut testamẽto, aut in ecclesia, aut ante Cõsulẽ manumittãtur, ciuiũ Romanorũ priuilegia cõsequuntur. Non tamen

cōsule' appellat omnem magistratum, apud quem posset manumitti Connanus lib. 2. Comment. c. 4. n. 11.

tamen omnes domini ſeruos ſuos manu mittere poſſunt. Nam ſi aliqui multa debita habeant, cuius ſubſtantia a creditoribus teneatur obnoxia, ſi in fraudem creditoris ſui ſeruos ſuos manumittere voluerint, collata manumiſsio nõ valet. Aut ſi libertus ciuis Romanus filios non habuerit, & in fraudem patroni ſui ſeruos ſuos manumittat, ſimiliter data manumiſsio non valebit. Præterea minor quicumque viginti annorum dominus ſeruo ſuo libertatem dare non poteſt, niſi fortè tãtum minor manumiſſor, cui pater ſuus & mater à patrono donati ſunt, eoſdem manumittat, aut certè pædagogum, aut cõlactaneum manumittat. Nam ſi quilibet domínus, id eſt quatuordecim annos egreſſus teſtamentum facere poſſit, & hæredem inſtituere, & legata relinquere: libertatem tamen ſeruis non poteſt in hac ætate conferre.

TITVLVS II.

De numero ſeruorum teſtamento manumittendorum.

CONSTITVTVM eſt, quãtũ ſeruorũ numerũ teſtamẽto, de quãta familia liceat manumitti, hoc ordine. Vt ſi qs duos ſeruos habet, ambos manumittere poſsit. Qui verò tres, duos teſtamẽto

* *Qui.* manumittat.* Si quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decem, quinque. Qui vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, decem & quinque, decem & sex, decem & septem, similiter quinque. Qui decem & octo, sex Et ab hoc numero vsque ad triginta, tertiam partem manumitere licet. Qui amplius quàm triginta habuerit, vsque ad centum, quartam partem de numero seruorum manumittere potest. Qui verò plures quàm centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc statutum est, vt de qualibet grandi familia nulli ampliùs, quàm centum testamento manumittere liceat. Nam qui voluerit aut in ecclesia, aut ante Consulem, aut inter amicos, aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnem familiam iugo seruitutis absoluere. Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quàm continet numerus suprascriptus, ordo seruandus est. Vt illis tantùm libertas valeat, qui prius manumissi sunt, vsque ad illum numerum, quem explanatio continet superiùs comprehensa. Qui verò posteà supra constitutum numerum manumissi leguntur, integrè in seruitute eos * certũ est permanere. Quòd si non nominatim serui vel ancillæ in testamento manumittantur, sed confusè omnes

* *Decretum.*

sè omnes seruos suos * & ancillas,is qui testamentum facit,liberos facere voluerit,nulli penitùs firma esse iubetur hoc ordine data libertas,sed omnes in seruili conditione,qui hoc ordine manumissi sunt,permanebunt.Nam & si ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit, id est, in circulo, vt qui * prior, qui posterior nominatus sit,possit agnosci. Nulli ex his libertatẽ valere manifestũ est, si agnosci non potest qui prior, qui posterior manumissus fuerit. Nam si aliquis in ægritudine constitutus, in fraudem huius legis facere voluerit testamentum,sed epistolis,aut quibuscunq; alijs rebus seruis suis pluribus quàm per testamentum,licet conferre voluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit,hi qui priùs manumissi fuerunt vsque ad numerum superius * constitutum, liberi erunt. Qui verò post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt. Nam si in colonijs quoscunque diuerso tempore manumisit, inter eos qui per testamentum manumissi sunt,nullatenus cõputentur.

* Vel.

* Primus.

* Comprehẽsum.

TITVLVS III.

De iure personarum.

ALIQVAE personæ sui iuris sunt,aliquæ alieno iuri subiectæ sunt.Itaquæ cùm ostẽditur, quæ

perſonæ alieno iuri ſubiectæ ſint, tunc eui denter agnoſcitur, quæ ſui iuris ſint. In poteſtate itaque dominorum ſunt ſerui, quam poteſtatem omnes gentes habere certum eſt: ſed ſi diſtringendi in ſeruos dominis pro ſua poteſtate permittitur, occidendi * tantùm ſeruos ſuos domini licentiam non habebũt, niſi fortè ſeruus dum pro culpæ modo ceditur, caſu forſitan moriatur. Nam ſi ſeruus dignum morte crimẽ admiſerit, * his iudicibus, quibus publici officij poteſtas commiſſa eſt, tradendus eſt, vt pro ſuo crimine publicè puniatur. In poteſtate etiam patrum ſunt filij ex legitimo matrimonio procreati.

* Tamen.

* is.

TITVLVS IIII.

De matrimonijs.

LEGTIMAE ſunt nuptię, ſi Romanus Romanam nuptijs interuenictibus, vel cõſenſu ducat vxorẽ. Sed non omnes perſonas vxores ducere licet: qa nec patri filiã, nec filio matrem, nec auo neptem, nec nepoti auiam. Quod non ſolùm de perſonis, quæ nobis propinquitate cõiũctę ſunt, ſed etiã de adoptiuis, hoc eſt adfiliatis, iuſſum eſt obſeruari. Nam ſi per emancipationem adoptio diſſoluatur, nuptias tamẽ inter has perſonas ſemper conſtat illicitas. Inter fratrem quoque &

que & ſororem ſiue eodem patre ac matre nati fuerint, ſiue diuerſis matribus aut patribus matrimonia eſſe nõ poſſunt. Inter adoptiuos etiã fratres illicita ſunt coniugia, niſi fortè adoptio emãcipatione fuerit diſſoluta. Nam ſi emancipatio interuenerit, nuptię inter huiuſmodi fratres licitè contrahũtur. Fratris quoque & ſororis filiam vxorem ducere non licet. Sororem quoque patris ac matris vxores accipere non licet. Genero quoque ſocrum ſuam nec ſocero nurum vxorem accipere licet: neque vitrico priuignam, neque priuigno nouercam. Fratres etiam amitinos vel conſobrinos in matrimonio iungi nulla ratione permittitur. Sed nec vni viro duas ſorores vxores habere, nec mulieri duobus fratribus iungi permittitur: quia ſi quis inceſtas vel nefarias, id eſt, quæ ſunt ſuperiùs compræhenſæ, nuptias inierit, nec vxorem habere videtur, nec filios. Nam hi qui ex huiuſmodi conceptione nati fuerint, licet * vxorem videantur habere, patrem verò nullatenus habere cenſentur, & tanquàm ſi de adulterio concepti fuerint computantur, qui Spurij appellantur, hoc eſt ſine patre filij. Regula iuris hoc continet, vt qui legitimè concipiuntur, tempore conceptionis ſtatum ſumant; qui verò nõ de legitimo matrimonio cõ-

* matrem

cipiuntur,ſtatum ſumãt eo tempore quo naſcuntur. Ac proinde legitima coniunctione cõceptus,etiam ſi mater eius ſtatum mutet,id eſt,ſi ancilla fiat,ille qui legitimè conceptus eſt,ingenuus naſcitur. Nam qui non legitimo matrimonio concipitur,ſi mater eius ex ancilla dum prægnans eſt,libera facta fuerit, liber naſcetur:ſi verò ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit,ſeruus naſcetur:quia non legitimè,ſed vulgò conceptus eſt.

TITVLVS V.

De adoptionibus.

ADOPTIO naturæ ſimilitudo eſt,vt aliquis filium habere poſsit, quem non generauit. Et ipſa adoptio duobus modis fit. Vna quę arrogatio dicitur:alia quæ adoptio. Arrogatio eſt,quando aliquis patrem non habens adoptatur, & ipſe ſe in poteſtatem adoptiui patris dat. Et ideo arrogatio dicitur,quia &ille qui adoptat interrogatur, vtrũ illum quem adoptat, filium habere velit: & ille qui adoptatur,interrogatur, vtrum id fieri velit. Illa verò alia adoptio eſt, vbi quis patrem habens,ab alio patre adoptatur. Et ita ille qui adoptatur, de certi patris poteſtate diſcedit, & in adoptiui patris

Arrogatio.

Adoptio.

incipit

incipit esse potestate. Nam & fœminæ adoptari possunt, vt loco filiarum adoptiuis * fratribus habeantur: fœminæ verò adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent. Spadones autem qui generare nō possunt, adoptare possunt. Et licet filios generare nō possint quos adoptauerūt: filios habere tamen possunt. Si quis verò filios habens se dederit adoptandum, non solùm ipse in patris adoptiui potestatem redigitur, sed & filij eius: si tamen auum paternum non habuerint, in adoptiui patris transeunt potestatem, tanquam nepotes.

* Patribus.

l. 2. ff. de adopt. et vide Ant. Aug. lib. 3. c. 5. Castrati autem nō possūt. §. sed et illud. instit. eo. ubi Theoph.

TITVLVS VI.

Quibus modis filij exeunt de potestate patris.

FILII, * qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiūt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, qui in eius post patris sui obitum erunt filij potestate. Nam si pater moriatur, & auus paternus viuat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: quia in aui remanet potestate, qui auo mortuo sui iuris efficiuntur. Item si moriatur pater, & relinquat filium emancipatum, & ex eodem filio emācipato nepotes, tunc nepotes liberi & sui iuris erunt, & in patris emancipati

* Si

potestatem non veniunt. Item de potestate patris exeunt filij, si pater eorũ in exilium missus fuerit: quia non potest filium ciuem Romanũ in potestate habere homo peregrinæ cõditionis effectus. Item filius si viuo patre in exiliũ missus fuerit, in potestate patris ciuis Romani esse non potest: quia similiter peregrinæ conditionis factus esse agnoscitur. Item si ab hostibus pater captus sit, in potestate quãdiu apud hostes fuerit, filios nõ habebit. * Quod. + Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminij omnẽ, sicuti in alijs rebus, ita & filios recipit in potestatem. Si verò pater, qui ab hostibus captus est, in captiuitate moriatur, ab eo tẽpore, quo ab hostibus captus est, filij sui iuris effecti intelliguntur. Item per emancipationem filij sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emãcipationibus de potestate patris exit, & sui iuris efficitur.

Emancipatio.

Emancipatio autem, hoc est manus traditio, quædã similitudo vẽditionis est: quia & in emãcipationibus præter illũ, hoc est certũ patrẽ, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filiũ suum fiduciario patri mãcipat, hoc est manu tradit, quo fiduciario patre naturalis pater vnum aut duos nummos, quasi in similitudinẽ pretij accipit, & iterum cũ acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc secundò & tertiò fit, cũ fidu-

vide Hotom. ad ll. [illegible] 3. f. c. 1. et Brissonium. Sele Etans. lib. 1. c. 7.

ciario

ciario patri emancipat ac tradit. Et ſic de patris poteſtate exit. Quę tamen emancipatio ſolebat ante prę ſidē fieri, modo ante curiā facienda eſt, vbi quinq; teſtes ciues Roma. in præſenti erunt, & pro illo qui Libripens appellatur, id eſt, ſtateram tenens, & qui Anteſtatus appellatur alij duo, vt ſeptē teſtiū numerus impleatur. Tamē cū tertiò mācipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, vt ei à fiduciario patre mancipetur, & à naturali patre manumittatur: vt ſi filius ille mortuus fuerit ei in hæreditate naturalis pater non fiduciari⁹ ſuccedat. Fœminæ, vel nepotes maſculi ex filio, vna emācipatione de patris vel aui exeūt poteſtate, & ſui iuris eſſe ēū tur. Et hi ipſi qualibet vna emācipatione de patris vel aui poteſtate exeūt, niſi à patre remācipati fuerint, & à naturali patre manumiſſi, ſuccedere eis naturalis pater nō pōt, niſi fiduciarius à quo manumiſſi ſunt. Nā ſi emācipatū ſiui naturalis pater vel auus manumiſerit, ipſe eis in hæreditate ſuccedit. Quòd ſi habeat quis filiū, & ex eo nepotes, & voluerit filiū emācipare & nepotes in ſua poteſtate retinere, in arbitrio eius eſt: vt ſi voluerit nepotes emācipare, & filiū in ſua poteſtate retinere, hoc ei pro iuris ordine licere manifeſtū eſt. Quod nō ſolùm de nepotibus, ſed & de pronepotibus ſimiliter facere potuit.

TITVLVS VII.

De tutelis.

TVTORES aut legitimi ſunt aut teſtamẽtarij. Legitimi ſunt, qui pupillo per virilẽ ſexũ propinquitate coniunguntur: & qui proximior fuerit de agnatis, ad ipſum legitima tutela pertinet: quia is qui proximus fuerit ad tutelã, ipſe proximus eſt ad hęreditatẽ. Teſtamentarij ſunt quos patres aut aui paterni in teſtamẽto ſuo tutores filijs aut nepotibus delegauerint. Quòd ſi nec teſtamentarius tutor fuerit, nec legitimus: tunc inquiſitione iudicis pupillis tutores dantur.

*Curatores [illegible]

TITVLVS VIII.

De * curatoribus.

Renordus lib. 1. variorum. c. 17.

PERACTIS pupillaribus annis, quibus tutores abſoluũtur, ad curatores ratio minorũ incipit pertinere. Sub curatore ſunt minores ætate, maiores euerſores, inſani. Hi qui minores ſunt, vſq; ad viginti & quinque annos completos ſub curatore ſunt. Qui verò euerſores aut inſani ſunt, omni tẽpore vitæ ſuæ ſub curatore eſſe iubẽtur: quia ſubſtantiam ſuam rationabiliter gubernare non poſſunt.

Institutionum Caij libri prioris, de perſonis,

FINIS.

CAII INSTITVTIONVM LIBER POSTERIOR

DE REBVS.

TITVLI LIBRI POSTERIORIS.

Caius superiore commentario de iure personarum aliqua disputauit, nunc in hoc commentario de rebus uerum tractat.

TITVLVS I.

De rerum diuisione.

OMNES itaque res aut nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt, quæ in proprietate nostra esse noscuntur. Diuini iuris sunt ecclesiæ, id est, templa Dei, ac patri-

monia, ac substantia, quæ ad ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt, múri, fora, portæ, theatra, circus, arena, quę antiquitùs sancta appellauerunt, pro eo quòd exinde tolli aliquid aut contingi non liceret: sed hæc omnia in nullius bonis esse videntur: ideo publici iuris esse dicuntur. Sed & res hæreditariæ antequàm aliquis hæres existat, id est, quando dubitatur, vtrum scriptus, aut legitimus hæres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur. Præterea quædam res corporales sunt, quædam incorporales. Corporales sunt, quæ manu tangi possunt: velut ager, mancipium, vestis aurum, argentum & his similia. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea quæ non in corpore, sed in iure consistunt: sicut est hæreditas, & obligationes de diuersis contractibus scriptæ. Et licet hæreditas, vel emptio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant: ius tamen ipsius hæreditatis vel emptionis, aliorúmque contractuum incorporale est. Incorporalia etiã sunt iura prædiorum vrbanorum vel rusticorum. Prædiorum vrbanorum iura sunt, stillicidia, fenestræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut non erigendæ, * & luminum, vt ita quis fabricet, vt vicinæ domui lumen non tollat. Prædiorum verò rusticorum iura sunt, via vel iter, per

Iura prædiorum.

* aut.

iter, per qđ pecus aut animalia debent ambulare, vel ad aquā duci, & aquæductus, quæ similiter incorporalia sunt. Hæc iura tamen rusticorum prædiorum, seruitutes appellantur. Item regulariter constitutum est, vt superposita inferioribus cedant: vt si quis in * solo nostro, sine nostro permissu domum ædificauerit, ad cū cuius terra est, domus ædificata ꝑtineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas, vel plantas quascunque posuerit, similiter superficij solo cedat. Vel si messem in campo seminauerit, omnia hæc, quæ in terram alienam iactantur, domino terræ acquiruntur. Quòd * de chartis & pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis * vel argenteis literis, similiter eius est scriptura, cuius charta, aut pergamena fuerit. Quod & de tabellis, hoc est, si aliquis in tabella mea picturam fecerit, obseruetur: quia statutum est, vt tabellæ pictura cedat. Quòd si quis ex vuis meis vinum, aut spicis frumentum, aut ex oliuis oleum fecerit, eius vinum, triticum, vel oleum est, cuius spicæ, aut vuæ, aut oliuæ fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis nauem, aut armarium, aut quodcunque ad vsum pertinens, fecerit, simili ratione eius erunt, quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam si ex lana vel lino vestimenta fe-

Seruitutes.

* loco

* &.

* Vel

cerit, eius erunt veſtimenta, cuius lana vel linũ fuiſſe probabitur. Similiter etiã, ſi his omnibus ſuperiùs cõprehenſis, quicunque in terra aliena aliquid poſuerit, aut ædificauerit, aut horũ quę dicta ſunt aliquid fecerit, illis qui aliena præſumpſerunt hoc cõpetit, vt expenſas vel impendia, quę in his fecerint, à dominis qui rem factam vindicant, recipere poſsint. Acquiritur autem nobis non ſolùm per noſmetipſos, ſed & per eos qui in poteſtate noſtra ſunt, ſicut filij vel ſerui. * ita vt quicquid his à qualibet perſona donatum vel venditũ fuerit, aut hæredes fuerint inſtituti, idem * parẽtibus & dominis ſine aliqua dubitatione conquiritur, præter eos filios quibus per leges caſtrẽſe peculium habere permiſſum eſt. Hi verò ſerui, qui in vſufructu noſtro, & in proprietate alterius ſunt, hoc tantùm vſufructuario acquirere poſſunt, quod opere aut manibus ſuis fecerint, aut de mercedibus operis ſui acceperint: nam ſi eis aut hæreditas, aut legatũ dimittatur, aut donatiõis aliquid cõferatur, hoc proprietario dño, non vſufructuario acquiritur.

* quia

* Id

TITVLVS II.

De teſtamentis.

PER vniuerſitatem, hoc eſt, omnia ſimul bona acquirimus hæreditate, emptione, adoptione,

quia

quia is,quem adoptauerimus, ſi ſine patre eſt, cum omnibus bonis ſuis ad nos tranſit.Id quoque inſtitutũ eſt, quòd nõ omnibus liceat facere teſtamẽtum :ſicut hi ſunt,qui ſui iuris non ſunt, * & alieni iuri ſubiecti ſunt, hoc eſt filij tam ex nobis nati,quàm adoptiui. Item teſtamẽta ſacere non poſſunt impuberes, id eſt, minores xiiij. annorum, aut puellæ xij. Item & hi qui furioſi,id eſt,mente inſani fuerint,non poſſunt facere teſtamenta. Sed hi qui inſani ſunt,ſi interualla ipſius inſaniæ habent, per interualla quibus ſani ſunt,poſſunt facere teſtamenta.

* Sed

TITVLVS III.

De exhæredatione liberorum.

IS QVI filium ſuum in poteſtate habet,curam agere debet, vt teſtamẽtum faciens, maſculum filium aut nominatim hæredẽ inſtituat, aut nominatim exhæredet. Nam ſi maſculum filium in teſtamento præterierit, nõ valet teſtamẽtũ.Si verò filiã prçterierit,non rũpit teſtamentũ filia ꝑtermiſſa, ſed inter fratres ſuos,legitimo ſtante teſtamento,ſuam ſicut alij fratres conſequitur portionem. Si verò teſtamento

extranei hæredes scripti fuerint, stante testamento filia medietatem hęreditatis acquirit. Nam si facto testamento in quo filius masculus prætermissus est, euenerit, vt viuēte adhuc patre filius, qui prętermissus est moriatur, sic quoque quandolibet filius ille mortuus fuerit, testamentum quod factum est, non valebit. Posthumorum autem duo genera sunt: quia posthumi appellātur hi, qui post patris mortem de vxore nati fuerint, & illi qui post testamentum factum nascūtur. Et ideo nisi is qui testamentum facit, in ipso testamento cōprehenderit. Quicunque filius aut filia mihi natus, natáve fuerit, hæres mihi sit: aut certè dicat, exhæres sit, valere eius non potest testamentum: quia sicut superiùs iam dictū est, legitimè concepti pro natis haberētur, nisi quòd melior conditio est posthumæ quã natæ Quia nata si prętermissa fuerit, nō rumpit testamentum. Posthuma verò sicut masculus testamentū rumpit. Si quis post factū testamētum adoptauerit apud populum illum, qui sui iuris est, hoc est, qui patrem non habet, aut apud Prętorē illum adoptauerit, qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rumpitur testamentum. Posteriore quoque testamento, quod iure factum est, id quod iure factum ante fuerat, rumpitur. Quòd si facto posteriore testamento, hæ

res scri

res scriptus, aut ante aditionem hæreditatis moriatur, aut viuo testatore defecerit, aut conditio possibilis, sub qua hæres institutus est, impleta non fuerit, is qui testamentum fecit, intestatus mori videtur: quia testamentum quod priùs fecerat, testamento posteriore rescissum est. Et quod posterius factum est, his rebus quas diximus, infirmatur. Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur, si aliquis post factum testamentum capite minuatur, id est, ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exiliũ deputetur. Similiter & is qui adoptatus fuerit testamentum, quod antequàm adoptaretur fecerat, non valebit.

TITVLVS IIII.

De suis, necessarijs & extraneis hæredibus.

HAEREDES autem sui sunt, aut non sui, aut necessarij sunt, aut extranei. Sui hęredes appellãtur filij ac nepotes ex alijs masculis, quos in potestate auus vel pater habet. Necessarij sunt hęredes serui, qui cũ libertate hęredes instituuntur. Necessarij ideò, qa aut velint aut nolint necesse est eis hęredes esse. Nam qui creditoribus tenẽtur obnoxij, & putãt se

Hæredum genera.

non tantùm in ſubſtantia, quantum in debitis relinquere, ipſi ſeruos ſuos manumittũt,& hæredes neceſſarios faciũt, vt quò magis hæres quando minus infamiam incurrat, cùm res eius, id eſt, hæreditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. Extranei ſunt, qui nullo propinquitatis gradu teſtatori iungũtur, ſed eos quicunque pro arbitrio ſuo ſcribit hæredes.

TITVLVS V.

De ſubſtitutionibus, & de faciendis ſecundis tabulis.

SVBSTITVTIO eſt, quę poſt inſtitutionem à teſtatore fieri ſolet, id eſt, ſecundi hæredis appellatio. Et duæ ſunt, quarum vna vulgaris dicitur, alia pupillaris. Vulgaris dicitur illa. Hæres mihi eſto: ſiue hoc filio, ſiue extraneo. Quòd ſi hæreditatẽ meam adire nolueris, illũ ſubſtituo, ad quem hæreditas mea debeat pertinere. Pupillaris ſubſtitutio filijs tantummodò impuberibus dari poteſt, quæ ita fit: Ille filius meus, ſi intra pubertatem deceſſerit, illum ei ſubſtituo. Sed pupillaris ſubſtitutio ita ſecreta eſſe debet, vt ad notitiam ſubſtituti peruenire non poſsit: ne vitæ pupilli aliquas ſubſtitutus inſidias moliatur. Nam in extrema pagina

Vulgaris ſubſtitutio.

Pupillaris.

brisson. lib. 3. select. c. 12.

pagina teſtamenti fieri debet, vt pars illa in qua ſubſtitutio pupillaris ſcripta eſt, quãdiu pupill⁹ annos pubertatis egrediatur, obſignata permaneat, & prior pars teſtamenti, in qua hæres ſcriptus eſt, reſeretur. Hoc etiam & de bonis fieri poteſt: nam ſi extraneus hæres ſcriptus ſit, & aliquem ſubſtituere non poſſumus, vt ſi hæres extiterit, & intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei hæres ſit. Poteſt tamen per fideicommiſſum obligari, vt alij, rogatus à teſtatore hæreditatem aut integram, aut pro parte reſtituat vindicationis.

TITVLVS VI.

De legatis.

LEGATORVM genera ſunt quatuor, vendicationis, damnationis, ſinendi modo, & præceptionis. Vendicationis legatũ eſt, ſi teſtator ſic loquutus fuerit, illum ſeruum tibi do, aut lego, vel illam rem tibi præſume, habe, vindica. Quod poſt mortem teſtatoris ſtatim legatarius, non expectato hærede, ſibi præſumat. Quam ſi præſumpſerit, nec pro præſumpto legato ab hærede poteſt calumniam ſuſtinere, nec ſi aliena res fuerit quæ legata eſt, legatarius hoc poterit ab hærede repetere. Si per vendicationem vna res multis legata ſit, & ſingu-

Legatorũ genera quatuor

Hotom. inſtit. de legatis. §. 1.

si hanc ipsam rem præsumere velint, æquales singuli de re legata capiunt portiones. Per damnationem isto ordine legatum dimittitur, vt testator in testamẽto scribat: Tu hæres meus illi hoc da, aut illud illi ab hærede meo dari iubeo. In quo genere legati, etiam alienæ res per legatum dimitti possunt. Et si necesse est hæredi aut redimere eam rem, quę iuris alieni est, & legatario tradere, aut si is cuius est res, vendere noluerit, quantum res illa valebit legatario in pretio compensare. Sed si testator rem alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab hærede petere non potest, & inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est ab hærede aut ipsam rem, aut æstimationem rei in pretium legatario dari. Cæterùm inter dãnationis legatũ & vendicationis hoc interest, quòd per vendicationem res aliena relinqui non potest, per damnatiõnem eo pacto, quo superiùs comprehensum est, potest. Illæ etiam res, quæ in rerum natura non sunt, per damnationem in legato dimitti possunt: velut si ita testator in testamento scribat, Fructus qui ex illo agro nati fuerint, aut id quod ex illa ancilla natum fuerit quod in legato vendicationis fieri non potest: quia non potest hæc legatarius testatore mortuo

continuò

continuò vendicare. Et inter legatum vendicationis & damnationis ista similitudo est, quòd legatum vendicationis, siue & damnationis, si coniunctim, id est, duobus aut pluribus vna res in legato dimissa fuerit omnibus, in vtroque legato simul ab omnibus præsumatur. Inter legatum vendicationis & damnationis ista distantia est, vt si disiunctim, id est, singulis quæcũque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis * integra debeatur, id est, vt vnus rem ipsam accipiat, alij æstimationem rei ipsius in pretio ab hærede percipiant. Sinendi modo hæc legati verba sunt: Ille hæres meus rem illam illum permitte præsumere, & * eam habere. Nam & propriam rem testator & hæredes sui, & alienam, per sinẽdi modum legatum relinquere potest. In quo legato non quidem hæres legatario rem, quæ relicta est, iubetur tradere, sed vendicanti legatario nõ permittitur prohibere. Præceptionis verò legatum non nisi vni ex hæredibus dari potest, vt aliquid ei ex hæreditate præcipuum relinquatur: & si aut coniunctim, id est multis, aut disiunctim singulis relinquatur, omnibus aut vna res tantùm quæ nominata est, debetur, non vni res, & alij æstimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

* In integrũ.

* Sibi

TITVLVS VII.
De lege Falcidia.

LEGE Falcidia cōstitutum est, quicunque heres fuerit institutus, quartā partē totius hæreditatis habeat. Quòd si testator hæreditatem suā legatis exinanierit, hoc statutū est, vt Falcidiam sibi de imminutione legatorum hæres retineat, constante nihilominus testamento.

TITVLVS VIII.
De fideicommissis.

POTEST aliquis recto iure hæredem instituere, & rogare eum, vt hæreditatem suam, aut omnem, aut ex parte alij per fideicommissum reddat. Nam si hæredem directo iure non instituerit: fideicommissa-
* Ab alio. rius non potest * ad alium acceptam hęreditatem transmittere. Sed in hac quaque re hoc obseruandum est, quod de falcidia suprà iam dictum est, vt hæres instituus, etiam si omnem hæreditatem alij
* Scriptus. restituere * iussus sit, ita hæreditatem alij restituat, vt quartam sibi ex ipsa hæreditate retineat. Et singulæ quæcūque res per fideicommissum dimitti potest, hoc est, aut fundus, aut domus, aut mancipium, aut argentum, ab ipso fideicommissario

missario alteri fideicõmissum dimitti potest. Et à legatario, licet legatum dimitti non posit, fideicommissum potest. & non solùm propriȩ res à testatore per fideicõmissum dimitti possunt: sed etiam ipsius hæredis, aut legatarij, aut cuiuslibet extranei, ne legatarius, cui per testamentũ parũ dimissum est, plus alij per fideicommissum, quàm id quod consequitur reddere iubeatur. Cùm autẽ aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est hȩredi tenere vel legatario, rem illã quȩ per fideicõmissum est relicta, aut redimere, vel reddere, aut fideicõmissario dare, aut pretium eiusdem rei, quantum æstimata fuerit, fideicõmissario numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus. Libertates etiam seruis per fideicommissum dari possunt, vt hæres vel legatarius ea mancipia manumittant, quæ testator ab his vt manumitterent, sperauit. Nec interest vtrum hoc testator de suis seruis, an de ipsius hæredis * & legatarij, aut de alienis fieri iubeat. Quòd si de alienis fecerit, similiter cogitur hȩres emere ipsum seruum & manumittere. Quòd si illum dominus suus noluerit vendere, perit per fideicommissum data libertas, quia in hac re hæres æstimationem in pretio dare non cogitur, sed cùm per fideicommissum libertas datur, is qui manumissus fuerit, non testatoris, sed hære

* Vel.

dis libertus est. Præterea inter fidei-
commissa & legata sunt quædam distan-
tiæ. Fideicommissum ad eum, cui aliquid
* Dimissum. * commissum est hærede mortuo perue
Legatorũ & nire, si talis fuerit conditio testamenti.
fideicõmisso- Nam legatum ita relinqui non potest.
rum distantia Item legatum per codicillum relictum
non valet, nisi codicilli testamento fue-
rint confirmati. Per fideicommissum ve-
rò etiam si testamento codicilli non fue-
rint confirmati, nihilominus debetur.
Item per legatarium legatum alteri re-
linqui non potest: sed fideicommis-
sum potest. Item per legatum seruo
alieno directa libertas dari non potest,
per fideicommissum potest. Item per co-
dicillum nemo hęres institui potest, quã-
uis testamento confirmati sint, sed is,
qui in testamento hæres fuerit institu-
tus, potest per codicillum rogare, vt hæ-
reditatem, quæ ei data est, alij eam totã,
vel pro parte restituat. Quod validum
est, etiam si codicilli testamẽto non fue-
rint confirmati. Item quamuis non pos-
simus post mortem eius quem hæredem
instituimus, alium ei substituere: tamen
per fideicommissum rogare eum possu-
mus, vt cùm moriatur, alij eam hæredita
tem vel totam vel pro parte restituat. Et
quia sicut superiùs dictum est, etiam post
mortem hæredis fideicommissum ei, cui
relictum est, dari potest, quod hoc ordi-
ne fit

hac fit vt testator scribat. Illum hæredem instituo, & volo, vt cùm mortuus fuero, ad illum hæreditas mea * perueniat. Præterea & in hoc alia fideicommissorum & legatorum conditio est: quia fideicommissa, si tardius quàm scriptum est, soluta fuerint, vsuræ & fructus debentur. Legatorum verò vsuræ non debētur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur. * Pertineat.

TITVLVS IX.

*De intestatorum * hæreditatibus.* *Hæredibus.

INTESTATORVM hæreditates primùm ad suos hæredes pertinent. Sui autem hæredes appellantur, filius filia, nepos vel neptis, pronepos proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes, sui vocantur. Naturales sunt hæ personæ, hoc est adoptiuæ. Adoptiuorum enim comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos vel neptis ex filio auo suo hæredes sunt, si pater eorum de potestate patris, aut morte, aut emancipatione discesserit. Nam si eo tempore quo aliquis moritur, filium in potestate habeat constitutum, & ex eo nepotes: illi viuo patre suo, & in potestate aui constituto, sui hęredes auo esse Sui hæredes.

non possunt. Similiter & posthumi, quasi viuo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui hæredes sunt. Si quando aliquis moriatur, & reliquerit filium aut filiam, aut ex alio filio mortuo nepotes, neptes, siue filij nepotes ex filio, defuncto patre vel auo, hac ratione succedunt, vt filius ac filiæ suas partes accipiant, & nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant. Quia regulariter constitutum est, vt inter suos proximior longiore gradu positos non excludat, & non in capita, sed in stirpem diuidatur hæreditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filijs dimittat nepotes, hoc est, ex vno filio vnũ vel duos nepotes, & ex altero tres aut quatuor, similiter sicut superiùs dictum est, in stirpem, non in capita hæreditas diuidatur: hoc modo vt illi duo nepotes ex vno filio medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem hoc est, vt tales accipiant portiones quales patres eorum si vixissent, habituri erant. Si defuerint hæredes sui: tunc hæreditas defuncti pertinet ad agnotos.

Agnati. Agnati enim sunt per virilem sexum defuncto propinquitate coniuncti, [f] id est, consanguinei fratres, hoc est, de vno patre nati. Nec disputari potest, si de diuersis matribus nascantur, qui vno patre geniti

tre geniti

tre geniti sunt. Item patruus, id est, frater patris, fratris sui filio agnatus est, ipso modo sunt fratres patrueles, hoc est qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscitur qui sint agnati, sicut suprà diximus, per virilem sexum propinquitate coniunctum. Non tamen omnibus simul agnatis lex hęreditatem propinqui intestati dat, sed his qui defuncto mortis suæ tempore proximiores inueniuntur. In fœminis verò alia conditio est, quia inter fœminas sola tantùm soror consanguinea habetur agnata, aut germano suo defuncto ab intestato ei agnationis iure succedat. Reliquę fœminæ, hoc est, amitæ, id est patris soror, vel fratris filia, nec in capiēdis hęreditatibus propinquorum legitimæ sunt nec masculis propinquis agnationis iure succedūt. Ipsarum verò hæreditates ad masculos propinquos agnationis conditione perueniunt. Regulariter constitutum est, vt inter agnatos proximior posteriorem excludat: & inter eos non in stirpem, sed in capita ab intestato diuidatur hæreditas. Nam inter suos sicut superius diximus, alia ratio est, vt proximior posteriorem non excludat, semper hæreditas in stirpem non in capita diuidatur. Nam si quis moriens dimittat germanum, & ex altero germano filios, ger manus frater quia gradu proximior est.

Revardus lib. 5. Variorum c. 1.

ſolus ſuccedat, fratris filij nõ ſuccedant. Item ſi moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat maſculos, & ex vno fratre dimiſerit duos, & ex alio quatuor, ſimiliter maſculos, omnes quidem fratrum filij patruo ſuo inteſtato ſuccedunt: ſed non in ſtirpes, ſed in capita: ita vt illi duo ex vno patre duas accipiant portiones, & illi quatuor ex alio, accipiant quatuor portiones. Nam ſi ſorores habuerint, in patrui hæreditatẽ non veniunt, ſicut nec ſororis filij in auunculi hæreditatem nõ veniunt, ſicut nec ſororis filij in auunculi hæreditate ſuccedunt. Nam & hoc regulare eſt, vt cognati tunc inteſtatorum propinquorũ hæreditates capiant, quando aut ſui, aut agnati defuerint.

TITVLVS X.

De obligationibus.

OBLIGATIO in duas ſpecies diuiditur. Nam omnes obligationes aut ex contractu naſcuntur, aut ex culpa. Quæ ex contractu naſcũtur, quatuor genera ſunt, quæ ſingulæ hoc ordine diſtinguntur. Aut enim re contrahitur obligatio, aut verbis, aut literis, aut conſenſu. Re contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo dantur, quæ in his rebus contin

bus contingunt, quæ pondere, numero, & mensura continentur: hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum, aut oleum, aut æs, ferrum, argentum vel aurum. Quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo ad hoc damus, vt eorum fiant, qui ea accipiunt, & ad nos statuto tempore, non ipsæ res, sed aliæ eius naturæ, quales datæ sunt atque ipsius ponderis, numeratæ vel mensuratæ reddantur. Propter quod mutuũ appellatũ est, quasi à me tibi ita datũ sit, vt ex meo tuum fieret. Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione dantis, & responsione accipiẽtis, ita, vt si ille qui dat interroget, hoc mihi dabis? Qui accipiet, respõdeat, dabo. Aut in obligatione debitoris si aliquis fideiussor accedat, ille qui personã fideiussori tradit, interrogetur, istũ fidem tuam esse iubes? Et ille respondeat, fidem meam esse iubeo. In hac conditione nõ solùm ille qui debitor est, sed & is qui fideiussor existit, obligatur. Et nõ solùm fideiussor ipse dum viuit, sed & hæredes ipsius, si ille defecerit, tenentur obnoxij. Creditor aũt, qui pecuniam dedit in potestate habet ad reddendã pecuniã quẽ velit tenere, vtrũ ipsum debitorẽ, an fideiussorẽ absolui. Sed si * debitorẽ tenere elegerit, * fideiussorẽ absoluit: qa vno electo, que idoneũ creditor iudicauit, alterũ liberat. Sũt & aliç obliga-

vide Ant. Aug. lib. 3. emendat. cap. 7.

Mutuum.

* Fideiussorẽ

* Debitorem

tiões, quę nulla pręcedēte interrogatiō ne contrahi possunt, id est, vt si mulier siue sponso, siue iam marito vxor futura dotem dicat, quod tam de mobilibus rebus, quàm de fundis fieri potest. Et non solùm in hac obligatiōe ipsa mulier obligabitur, sed & pater eius, & debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam ille debebat * marito creditoris, ipse debitor in dotem dixerit. Hæ tantùm tres personæ, * nulla interrogatione præcedente, possunt * condictione dotis legitimè obligari. Aliæ verò personæ, si pro muliere dotem marito promiserint, communi iure obligari debent, id est, vt & interrogatæ respondeant, & stipulationem pręmittant. Item & alio casu, vno loquente, & sine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio, id est, si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse iurauerit. Exponendum hîc quid sit donum, munus, vel operæ: in qua re supradicti liberti non tam verborum solemnitate, quàm iurisiurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest. Prætereà inutilis est promissio, etiā si stipulatione interueniente facta sit, si id aliquis daturum se promiserit, quod sui iuris non est, hoc est, si aut ingenuum hominem quasi seruum se daturum promittat: aut si mortuum aliquis, quem

* Sponso.

* Sine vlla.

* Dictionem dotis legitimè obtinere.

viuum cre-

viuum credebat, promiſerit: aut locum ſacrum, aut ſanctum, aut religioſum daturum ſe quicunque promiſerit. Præterea inutilis eſt promiſsio, ſi aliquis rem ſub tali conditione promittat, quæ impleri pro rei difficultate non poſsit. Præterea & inutilis eſt interrogatio & promiſsio, ſi ita aliquis interroget debitorem, poſt mortem meam vel tuam illud dare ſpondes? Quod propterea inutile viſum eſt, quia à perſona hæredis obligatio incipere non poteſt. Et ideo nec heredi creditoris ſub hac ſponſione obligatur debitor, nec debitoris hæredes creditori tenentur obnoxij. Item inutilis eſt obligatio, ſi dicat creditor, pridie quàm moriar, hæc dare ſpondes? vel interroget debitorem, Pridie quàm moriaris. Similiter & hæc ſtipulatio inutilis iudicatur, quia non poteſt ſciri, quando ſit pridie, quàm aliquis moriatur, niſi poſtquam mortuus fuerit. Item ſi purè interroget creditor, & debitor ſub conditione promittat. Vel ſi creditor decem ſolidos in debitorem interroget, & debitor quinque promittat, hoc ordine integrum debitum vacillare cognoſcitur. Si quis nobis pecuniam debeat poſſumus debitorem noſtrum compellere, vt pecuniã quam nobis redditurus erat, alteri ſe caueat redditurum. Neque poteſt ei, cui pro noſtro debito cauet, de

Holom. §. 5. preterea inutilis. instit. de verbor. oblig.

cauto & non numerato, ſicut fieri ſolet, aliquid diſputatiõis afferre: cùm id quod à nobis accepit, alteri cauerit redditurum. Nec poteſt ei niſi literis obligatio fiat, aut à re in perſonam, aut à perſona in perſonam dari. A re in perſonam: velut ſi id quod ex emptione aut conductione, aut ſocietate debes, alij reddas. A perſona in perſonam: velut ſi id quod mihi alter debet, alteri perſonæ delegem, vt mihi reddere debeat. Conſenſu fiunt obligationes, ex emptionibus & venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus & mandatis. Quia in eiuſmodi rebus cõſenſus magis, quàm ſcriptura aliqua aut ſolemnitas quæritur. In quibus rebus etiam inter abſentes obligatio contrahi poteſt, quod in alijs rebus fieri non poteſt. Emptio igitur & venditio contrahitur, cùm de pretio inter emptorem & venditorem fuerit definitum, etiam ſi pretium non fuerit numeratũ, & nec pars pretij aut arra data fuerit. Locatio & conductio ſimili ratione conſiſtunt. Et conſenſu & verbo definitio inter cõſentiẽtes firma permaneat. Societatem inire poſſumus, aut omnium bonorum, aut vnius alicuius negotiationis. Et poteſt ita iniri ſocietas, ſi tamen hoc inter ſocios conuenit, vt vnus pecuniam det, & alter operã ſuam pro pecunia ponat. Et huius rei definitio etiam

Societates.

tio etiam verbo inita valet, ita vt quicquid ſocietatis tempore quolibet modo fuerit acquiſitum, ſocijs commune ſit. Permanet autem inita ſocietas, quandiu in ipſo conſenſu ſocij perſeuerant: quia ſicut conſenſu contrahitur, ſic etiam diſſenſu diſſoluitur. Diſſoluitur ergo ſocietas aut morte huius ſocij, aut contraria voluntate, aut capitis diminutione, id eſt, ſi vnus ex ſocijs, ſicut frequenter ſuprà diximus, capite fuerit diminutus. (vide. l. 4. ff. pro Socio. et Ant. Aug. lib. 3. c. 6.) Similiter & mandari verbo poteſt. Et cùm verbis mandatum fuerit obligatio contrahitur. Poſſumus enim aut noſtra negotia, aut aliena cuicunque agenda mandare, dummodò honeſtum aliquid agi * mandemus. Nam ſi contra mores bonos aliquid mãdare voluerimus, hoc eſt, ſi cuicunq; mandemus, vt alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat, in ijs rebus mandati obligatio non contrahitur. Soluitur autem mandatum aut morte cui mandatum eſt, aut contraria illius voluntate qui mandauit. Sed is cui mandatur mandati formam egredi non poteſt. Aut ſi egreſſus fuerit, & mandatorum teneatur obnoxius, & quod extra mandatum egit, non præiudicet mandatori.

* volumus.

TITVLVS XI.

Quibus modis obligatio tollatur.

TOLLITVR obligatio solutione debiti. Præterea aliquoties tollitur obligatio, etiam si aliud quàm cautum fuerat à debitore creditori reddatur. Nam si quicunq; pro pecunia, quã creditori * cauit, acquiescẽte creditore aurũ, aut argentũ, aut mãcipia, vel alias quaslibet species, habita æstimatione cõsentienti * reddiderit, obligatio euidẽter tollitur. Quia de obligatiõibus, quæ ex cõtractu nascũtur, diximus: superest vt de his obligationibus, quæ ex delicto nascuntur, simpliciter disputemus.

* dedit.

* crediderit.

TITVLVS XII.

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

EX DELICTO nascuntur obligationes si aliquis furtum fecerit, vel bona aliena rapuerit, vel damnum alteri dederit, aut iniuriam fecerit. Quarum omnium rerum vno genere ex delicto nascitur obligatio. Furtorum autem sunt genera quatuor: manifesti, nec manifesti,

Furtorum genera.

vide inf. Paulum lib. 2 tit. 32 et Aug. lib. 4. emendat. c. 4.

nifesti, concepti, & oblalati.' Manifestum furtum dicitur, si quando fur cuiuscunq; rem tollit, & in ipso furto depræhēditur. Nec manifestum furtum appellatur quod quamlibet dum fieret inuentum non est, tamen furtum * fuisse probatur. Conceptum furtum dicitur, cùm apud aliquē alterum res furata inueniatur. Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua alicui ita à fure datur, vt apud ipsum furem inueniri non posit. Prætereà qui rem alienam inuito, aut nesciente domino cōtingit, vel tollere, aut de loco mouere præsumpsit, furtum facit. Et si quis rem vtendam acceperit, aut commendatam apud se habuerit, & aliter ea vsus fuerit, quàm accepit, furti actione tenetur. Præterea si quis iumentum alterius ad hoc accepit, vt eum quinq; milibus duceret, si id decē milibus, aut longiùs quàm ab illo qui dedit, fuerit constitutum, * abegerit, furti reus erit. Et multa præterea quorūcunq; similia sunt, secundum quę & ille furti tenetur, si vt fieret opem aut consilium aut studium cōmodauerit. Vel si quis pecuniā quam in manu aliquis tenebat excuserit, vt alii eam rapere possent.

* esse factum probatur.

* duxerit.

INSTITVTIONVM CAII LIBRI POSTERIORIS DE REBVS.

FINIS.

XXIX.

TITVLI EX CORPORE VLPIANI.

Mores sunt tacitus consensus populi, longa consuetudine inueteratus.

TITVLVS I.

De libertis.

LIBERTORVM genera ſunt tria, ciues Romani, Latini, Iuniani, deditiorum numero. Ciues Romani ſunt liberti, qui vindicta, cenſu, aut teſtamento, nullo iure impediente, manumiſsi ſunt.

Vindicta manumittuntur, apud magiſtratum, velut prætorem, conſulem, proconſulem.

Cenſu manumittebātur olim, qui luſtrali cenſu, Romæ, iuſſu dominorum, inter ciues Romanos cēſum profitebātur.

Vt teſtamento manumiſsi liberi ſint, lex duodecim Tabularum facit, quæ confirmat, prohibet, exceptis quibuſdā cognatis, & ſi plus donatū ſit, nō reſcindit.

Minus quàm perfecta lex eſt, quæ vetat aliquid fieri, & ſi factum ſit, non reſcindit: ſed pœnam iniungit ei, qui contra legem fecit, qualis eſt lex Furia teſtamentaria, quę plus quàm mille aſsium legatum, mortiſve cauſa prohibet capere: præter exceptas perſonas; & aduerſus eū qui plus ceperit, quadrupli pœnam conſtituit.

Lex aut rogatur, id eſt, fertur: aut abrogatur, id eſt, prior lex tollitur: aut derogatur,

rogatur, id est, pars prima tollit: aut subrogatur, id est, adijcitur aliquid primę legi: aut obrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege. Hodie aũt ipso iure liberi sunt ex lege Iunia, qua lege Latini sunt nominati, inter amicos manumissi.

Dedititiorum numero sunt, qui pœnæ causa vincti sunt à domino, quibus vestigia scripta fuerunt, qui propter noxã torti, nocentésque inuenti sunt, quíue traditi sunt, vt ferro, aut cum bestijs depugnarent: vel in custodiam coniecti fuerunt: deinde quoquomodò manumissi sunt, idque lex Aelia Sentia facit. Brissonius lib. 2 select. c. 9.

Eadem lege cautum est, vt minor triginta annorũ seruus vindicta manumissus, ciuis Romanus nõ fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit: ideo sine consilio manumissum seruum manere putat. Testamento verò manumissum perinde haberi iubet, atq; si domini voluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit.

Eadem lex eum dominum qui minor viginti annorum est, prohibet seruũ manumittere, præterquã si causam apud cõsilium probauerit. In cõsilium autẽ adhibẽtur Romæ quinque Senatores, & quinque Equites Romani: in prouincia viginti Recuperatores, ciues Romani.

Ab eo domino qui soluendo non est, seruus testamento liber esse iussus, & hæres institutus: & si minor sit xxx. annis,

vel in ea causa sit, vt Dedititius fieri debeat, ciuis Romanus & hæres fit, si tamē aliud ex eo testamento nemo hęres sit. Quòd si duo pluréſue liberi hęredesque esse iussi sunt, primo loco scriptus liber & hęres fit, quod & ipsum lex Aelia Sentia facit.

Eadem lex in fraudē creditoris & patroni manumittere prohibet.

Qui tantū in bonis, non etiam ex iure Quiritium seruum habet, manumittendo, Latinum facit.

Briſſon. lib. 1. Select. c. 7.

In bonis tantū alicuius seruus est, velut hoc modo, Si ciuis Romanus à ciue Romano seruū emerit, isq; traditus ei sit, neq; tñ mācipatus ei, neq; in iure cessus, neq; ab ipso anno possessus sit. Nā quandiu horū quid fiat, is seruus in bonis quidem emptoris est, ex iure Quiritium autem venditoris est.

Mulier quę in tutela est, item pupillus & pupilla manumittere non possunt.

Communē seruū vnus ex dominis manumittēdo, partē suā amittit, eaq; adcrescit socio: maximè si eo modo manumiserit, quo si propriū haberet, ciuē Romanū facturus esset. Nā si inter amicos eū manumiserit, plerisq; placet eū nihil egisse.

Seruus in quo alterius est vsusfructus alterius ꝓprietas, à ꝓprietatis dño manumissus, liber nō fit, sed seruus sine dño est.

Post mortem hæredis, aut ante institu-

tionem

tionem hæredis, testamento libertas dari non potest excepto testamēto militis.

Inter medias hæredum institutiones libertas data vtrisq; adeuntibus non valet: solo autē priore adeūte, iure antiquo valet. Sed post legē Papiā Popeā, quę partem non adeuntis caducā facit: siquidem primus hæres vel ius antiquū habeat, valere eā posse placuit: Quòd si nō habeat, non valere cōstat, ꝙ loco nō adeuntis, legatarij partis hæredes fiunt. Sunt tamen qui & hoc casu valere eam posse dicunt:

Qui testamento liber esse iussus est, mox quamvnus ex hæredibus adierit hęreditatem, liber fit.

Iusta libertas testamento potest dari his seruis, qui testamēti faciendi & mortis tempore ex iure Quiritium testatoris fuerunt.

Lex Furia Caninia iubet testamēto ex tribus seruis, nō plures quàm duos manumitti: & vsq; ad decē dimidiam partē manumittere concedit: à decimo vsq; ad triginta, tertiam partē, vt tamē adhuc quinque manumittere liceat, æquè vt ex priori numero: à triginta vsq; ad centū quartam partem, æquè vt decem ex priori numero liberari posśint: à centum vsq; ad quingentos, partem quintam similiter, vt ex antecedenti numero vigintiquinq; posśint fieri liberi. Eademque præcipit, ne plures omninò quàm cētum, ex cuiusq

quam teſtamento liberi fiant.

Eadem lex cauet, vt libertates ſeruis teſtamento nominatim dentur.

TITVLVS II.

De ſtatu liberis.

QVI SVB conditione teſtamento liber eſſe iuſſus eſt, ſtatu liber appellatur.

Statu liber quandiu pendet conditio, ſeruus hæredis eſt.

Statu liber ſeu alienetur ab hærede, ſiue ſuſcipiatur ab aliquo, libertatis conditionem ſecum trahit.

Sub hac conditione liber eſſe iuſſus, ſi decem milia hæredi dederit, & ſi ab hærede abalienatus ſit, emptori dando pecuniam, ad libertatem perueniet, idq; lex duodecim Tabularum iubet.

Hotomanus ad l. XII tab. 3. c. 38.

Si per hæredem factum ſit, quò minus ſtatu liber conditioni pareat, perinde ſit liber, atq; ſi conditio expleta fuiſſet.

Extraneo pecuniam dare iuſſus, & liber eſſe, ſi paratus ſit dare, & is cui iuſſus eſt dare, aut nollet accipere, aut antequã acceperit moriatur, perinde ſit liber, ac ſi pecuniam dediſſet.

Libertas & directò poteſt dari hoc modo, Liber eſto, liber ſit, liberum eſſe iubeo: & per fideicommiſſum, vt puta, rogo, fideicommitto hæredis mei, vt Stichum ſeruum manumittat.

Is qui

Is qui directò liber esse iussus est, Horcinus fit liberto: is autem cui per fideicõmissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus.

Cuius fidei committi potest ad rem aliquam præstandam, eiusdem etiam libertas fideicommitti potest.

Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio seruo testatoris, quàm hæredis, aut legatarij, vel cuiuslibet extranei seruo.

Alieno seruo per fideicommissum data libertate, si dominus eum iusto pretio non vendat, extinguitur libertas: quoniã nec pretij computatio pro libertate fieri potest.

Libertas sicut dari, ita & adimi tam testamento quàm codicillis testamento cõfirmatis potest: vt tamẽ eodem modo adimatur, quo & data est.

TITVLVS III.

De latinis.

LATINI IVS Quiritum cõsequuntur his modis, beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue, ædificio, pistrino: præterea ex senatuscõto, veluti quæ sit ter enixa.

Beneficio principali Latinus ciuitatẽ Romanam accipit, si ab Imperatore ius Quiritium impetrauerit.

Liber ius Quiritium cõſequitur. Latinus qui minor triginta annorum manumiſsioni tẽpore fuit. Nam lege Iunia cautum eſt, vt ſi ciuem Romanã, vel Latinã vxorẽ duxerit teſtatione interpoſita, ꝙ liberorũ quærendorũ cauſa vxorem duxerit, poſteà filio filiáue, nato natáue, & anniculo facto, poſsit apud prætorẽ vel præſidẽ prouinciæ cauſa probare, & fieri ciuẽ Romanũ, tam ipſe quàm filius, filiáue eius & vxor ſcilicet, ſi & ipſa Latina ſit. Nam ſi vxor ciuis Romana ſit, partus quoq; ciuis Romanus eſt, ex ſenatuſcõſulto quod authore diuo Adriano factum eſt.

vide Hotom. in indice legũ Ro. Iunia Norbana

Iteratione fit ciuis Romanus, qui poſt Latinitatem quam acceperat maior triginta annorum, iterum iuſtè manumiſſus eſt ab eo, cuius ex iure Quiritium ſeruus fuit. Sed huic conceſſum eſt, ex ſenatuſconſulto etiam liberis ius Quiritium conſequi.

Militia ius Quiritium accipit Latinus, ſi inter vigiles Romæ ſex annis militauerit, ex lege Viſillia. Præterea ex ſenatuſconſulto conceſſum eſt ei, vt ſi triennio inter vigiles militauerit, ius Quiritium conſequatur.

vide Ant. Aug. et Cuiacium in l. 3 ff. de excuſ. tut.

[illegible] Viſcellia. legendum [illegible] Viſellia. ut probat Ant. Aug. in indice legum et Briſſonium lib. 2. Selectar. c. 8.

Naue Latinus ciuitatẽ Romanam accipit, ſi non minorem quàm decem milia modiorum nauem fabricauerit, & Romam ſex annis frumẽtum portauerit, ex edicto diui Claudij.

TITV-

TITVLVS IIII.

De his qui sui iuris sunt.

SVI iuris sunt familiarum suarum principes, id est, pater familiæ, itemque mater familiæ.

Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, spurij appellantur.

TITVLVS V.

De his qui in potestate sunt.

IN POTESTATE sunt liberi parentum, ex iusto matrimonio nati. Iustum matrimonium est, si inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium sit, & tam masculus pubes, quàm fœmina potens sit, & vtrique consentiant, si sui iuris sunt, aut etiam parentes eorum, si in potestate sunt.

Connubium est vxoris iure ducendæ facultas.

Connubium habent ciues Romani cũ ciuibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis, ita si concessum sit. Briss. lib. 1. Select. c. 13.

Cum seruis nullum est connubium.

Inter parentes & liberos infinitè cuiuscũque gradus connubiũ non est. Inter cognatos autẽ ex transuerso gradu, olim quidem vsq; ad quartum gradum matrimonia contrahi nõ poterant: nũc autem etiam ex tertio gradu licet vxorẽ ducere. Si tamen fratris filia, nõ etiam sororis

filia,

filia, aut amita, vel matertera, quãuis eodem gradu ſit, eademq; vxore, nouerca, vel priuigna, vel nurus, vel ſocrus noſtra fuit, ducere non poſſumus.

Si quis eam, quam non licet, vxorẽ duxerit, inceſtum matrimonium contrahit: ideoq; liberi in poteſtate eius non fiunt, ſed quaſi vulgò cõcepti, ſpurij ſunt.

Connubio interueniente liberi ſemper patrẽ ſequuntur: non interueniente connubio matris cõditioni accedunt, excepto eo qui ex peregrino & ciue Romana peregrinus naſcitur: quoniã lex Menſia ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem ſequi iubet.

Ex ciue Romano & Latina, Latinus naſcitur: & ex libero & ancilla, ſeruus: quoniam cũ his caſibus cõnubia nõ ſint, partus ſequitur matrem.

In his qui iure contracto matrimonio naſcũtur, cõceptionis tẽpus ſpectatur: in his aũt qui nõ legitimè concipiũtur, editionis: veluti ſi ancilla cõceperit, deinde manumiſſa pariat, liberũ parit. Nã quoniam nõ legitime cõcepit, cùm editionis tẽpore libera ſit, partus quoq; liber eſt.

TITVLVS VI.

De dotibus.

DOS aut datur, aut dicitur, aut promittitur.

Dotem dicere poteſt mulier, quæ nu-

quæ nuptura eſt, & debitor mulieris, ſi iuſſu eius dicat, inſtitutus.

Parens mulieris, virilis ſexus, per virilem ſexum cognatione iunctus, velut pater, auus paternus dare promittere dotem omnes poſſunt.

Dos, aut profectitia dicitur, id eſt, quã pater mulieris dedit: aut aduentitia, id eſt, ea quæ à quouis alio data eſt.

Mortua in matrimonio muliere, dos à patre profecta, ad patrem reuertitur, quintis in ſingulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quòd ſi pater non ſit, apud maritum remanet.

Aduentitia autem dos ſemper penes maritum remanet, præterquàm ſi is qui dedit, vt ſibi redderetur ſtipulatus fuit: quæ dos ſpecialiter receptitia dicitur.

Diuortio facto, ſiquidem ſui iuris ſit mulier, ipſa habet actionem, id eſt, dotis repetitionem. Quòd ſi in poteſtate patris ſit, pater adiunctæ filiæ perſonã habet actionem reuerà, nec intereſt aduentitia ſit dos, an profectitia.

Poſt diuortium defuncta muliere, hæredi eius actio non aliter datur, quàm ſi moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

Dos ſi pondere, numero, menſura, contineatur, annua, bima, trima die reddatur: niſi, ut præſens reddatur, conuenerit. Reliquæ dotes ſtatim redduntur.

Retentio.

Retentiones ex dote fiunt, aut propter liberos, aut propter mores, aut propter impenſas, aut propter res donatas, aut propter res amotas.

Propter liberos retentio fit, ſi culpa mulieris aut patris, cuius in poteſtate eſt, diuortium factum ſit. Tunc enim ſingulorum liberorum nomine ſextæ retinentur ex dote: non plures tamen quàm tres ſextæ in retentione ſunt, non in petitione.

Dos quæ ſemel functa eſt, ampliùs fungi non poteſt: niſi aliud matrimonium ſit.

Morum nomine, grauiorum quidem, ſextæ retinentur: leuiorum item octaua. grauiores mores ſunt, adulteria tantùm: leuiores, omnes reliqui.

Mariti mores puniũtur, in ea quidem dote, quæ à die reddi debet. Ita propter maiores mores præſentem dotem reddit: propter minores ſenum mẽſum die. In ea autem quæ pręſens reddi ſolet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur, + repenſatio facit.

Impenſarum ſpecies ſunt tres: aut enim neceſſariæ dicuntur, aut vtiles, aut voluptuoſæ.

Neceſſariæ ſunt impenſæ, quibus non factis dos deterior futura eſt: velut ſi quis ruïnoſas ædes refecerit.

Vtiles

Vtiles ſunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit, factis autem fructuoſior dos effecta eſt: veluti ſi vineta & olineta fecerit.

Voluptuoſæ ſunt, quibus neque omiſſis deterior dos fieret, neque factis fructuoſior effecta eſt: quod euenit in viridarijs, & pictorijs, ſimilibúſq; rebus.

TITVLVS VII.

De iure donationum inter virum & vxorem.

INTER virum & vxorem donatio non valet, niſi certis ex cauſis: mortis cauſa, diuortij cauſa: ſerui manumittendi gratia. Hoc ampliùs principalibus cōſtitutionibus cōceſſum eſt mulieri, in hoc donare viro ſuo, vt is ab Imperatore lato clauo, vel equo publico, ſimiliue honore honoretur. Raimundus lib. 2. variarum c. 15.

Si maritus diuortij cauſa res mouerit, rerū quoq; amotarū actione tenebitur.

Si maritus pro muliere ſe obligauerit vel in rem eius impenderit, diuortio facto, eo nomine cauere ſibi ſolet ſtipulatione tribunitia.

In poteſtate parentum ſunt etiam ij liberi, quorum cauſa probata eſt, per errorem contracto matrimonio inter diſpares condignis perſonas. Nam ſeu ciuis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel Raimundus lib. 4. variorum c. 16. pag. 240.

eam quæ dedititiorum numero eſt, quaſi per ignorantiam vxorem duxerit,ſiue ciuis Romana per errorem peregrino, vel ei qui dedititiorum numero eſt, aut etiã ſi Latino ex lege Aelia Sentia nupta fuerit,cauſa probata,ciuitas redditur tam liberis quàm parẽtibus,præter eos qui dedititiorum numero ſunt,& ex eo fiunt in poteſtate parentum liberi.

TITVLVS VIII.

De adoptionibus.

NON tantùm naturales liberi in poteſtate parentum ſunt,ſed etiam adoptiui.

Adoptio ſit, aut per populum,aut per prætorem, vel pręſidem prouincię.Illa adoptio quæ per populum fit,ſpecialiter arrogatio dicitur.

Per populum, qui ſui iuris ſunt, arrogantur.

Per prætorem autem filij familiæ à parentibus dantur in adoptionem.

Arrogatio Romę tantùm fit.Adoptio autem etiam in prouincia apud pręſidẽ.

Per prætorem,vel pręſidem prouincię adoptari tam maſculi quàm fœminæ, & tam puberes quàm impuberes poſſunt. Per populum verò Romanum, fœminæ quidem non arrogant:pupilli anteà quidem non poterant arrogari:nunc autem poſſunt ex conſtitutione diui Antonini.

Hi qui

Hi qui generare nõ possunt, velut spado vtroq; modo possunt adoptare. Idem iuris est in persona cœlibe.

Item si is qui filium non habet, in locum nepotis adoptare potest.

Si pater familiæ arrogandum se dederit, liberi quoq; eius quasi nepotes, in potestate fiunt arrogatoris. Fœminæ verò neutro modo possunt adoptare, quoniam nec naturales liberos in potestate habent.

TITVLVS IX.

De his qui in manu sunt.

FARRE conuenitur in manum certis verbis, & testibus x. præsentibus, & solenni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.

TITVLVS X.

Qui in potestate mãcipióue sunt, quemadmodum eo iure liberẽtur.

LIBERI parentum potestate liberantur, emancipatione, id est, si posteaquã mãcipati fuerint, manumissi sint. Sed filius quidẽ ter mãcipatus, ter manumissus, sui iuris fit. Id enim lex duodecim [illegible] iubet his verbis, si pater filium ter ve[illegible]dauit, filius à patre liber esto. Ca-

teri autem liberi præter filium tam masculi quàm fœminę, vna mãcipatione manumiſsionéq; ſui iuris fiunt.

Morte patris, filius & filia ſui iuris fiũt. Morte autem aui nepotes ita demum ſui iuris fiunt, ſi poſt mortem aui in poteſtate patris futuri non ſunt: velut ſi moriente auo pater eorum aut iam deceſsit, aut de poteſtate dimiſſus eſt.

Nam ſi mortis aui tempore, pater eorum in poteſtate eius ſit, mortuo auo, in patris ſui poteſtate fiunt.

Si patri vel filio aqua & igni interdictũ ſit, patria poteſtas tollitur, quia peregrinus fit is; cui aqua & igni interdictum eſt. Neque autem peregrinus ciuem Romanum, neque ciuis Romanus peregrinum in poteſtate habere poteſt.

Si pater ab hoſtibus captus ſit, quamuis ſeruus hoſtium fiat: tamen cùm reuerſus fuerit, omnia priſtina iura recipit iure poſtliminij. Sed quandiu apud hoſtes eſt, patria poteſtas in filio eius interim pẽdebit. Et cùm reuerſus fuerit ab hoſtibus in poteſtate filium habebit. Si verò ibi deceſſerit, ſui iuris filius erit. Filius quoque ſi captus fuerit ab hoſtibus, ſimiliter propter ius poſtliminij, patria poteſtas interim pendebit.

In poteſtate parẽtum eſſe deſinunt & hi qui Flamines Diales inaugurantur & quæ virgines Veſtæ capiuntur.

TITVLVS XI.

De tutelis.

TVTORES cōſtituuntur tam maſculis, quàm fœminis. Sed maſculis quidem impuberibus duntaxat propter ætatis infirmitatem, fœminis aũt tam impuberibus, quàm puberibus, & propter ſexus infirmitatẽ, & propter forenſium rerũ ignorantiam.

Tutores autem legitimi ſunt, aut ſenatuſconſultis conſtituti, aut moribus introducti.

Legitimi tutores ſunt, qui ex lege aliqua deſcendunt. Per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim Tabularum introducũtur, ſeu propalàm, quales ſunt agnati, ſeu per conſequentiam, quales ſunt patroni.

Agnati ſunt à patre cognati, virilis ſexus, per virilem ſexum deſcẽdentes, eiuſdem familiæ, veluti patrui, fratres, filij fratris patruelis.

Qui liberum caput mancipatũ ſibi, vel à parẽte, vel à coemptore manumiſit, per ſimilitudinẽ patroni tutor efficitur, qui Fiduciarius tutor appellatur.

Legitimi tutores, alij tutela in iure cedere poſſunt.

Is cui tutela in iure conceſſa eſt, Ceſſicus tutor appellatur: qui ſiue mortuus

fuerit,ſiue capite minutus,ſiue alij tutela ceſſerit, redit ad legitimum tutorem tutela. Sed & ſi legitimus deceſſerit, aut capite minutus fuerit,ceſsitia quoque tutela extinguitur.

Quantum ad agnatos pertinet, hodie ceſsitia tutela non procedit:quoniã permiſſum erat in iure,cedere tutela fœminarum tantùm, non etiam maſculorum. Fœminarum autẽ legitimas tutelas lex Claudia ſuſtinet.

Excepta tutela patronorum, legitima tutela capitis diminutione amittitur.

Capitis minutionis ſpecies ſunt tres, maxima,media,minima.

Maxima capitis diminutio eſt,per quã & ciuitas,& libertas amittitur: veluti cũ incenſus aliquis venierit,aut cùm mulier alieno ſeruo ſe iunxerit,denunciante domino,& ancilla facta fuerit, ex ſenatuſconſulto Claudiano.

Media capitis diminutio dicitur, per quã ſola ciuitate amiſſa libertas retinetũ: quod fit in eo,cui aqua & igni interdicitũ.

Minima capitis diminutio eſt,per quã & ciuitate,& libertate ſalua,ſtatus duntaxat hominis mutatur:quod fit adoptione,& in manum conuentione.

Teſtamento quoque nominatim tutores dari cõfirmantur eadem lege duodecim Tabularũ,his verbis,Vti legaſsit ſuper pecunia,tuteláve ſuæ rei,ita ius eſto: qui tuto

qui tutores datiui appellantur.

Dari testamento tutores possunt liberis, qui in potestate sunt.

Testamento tutores dari possunt hi, cum quibus testamenti faciendi ius est, præter Latinum Iunianum. Nam Latinus habet quidem testamēti factionem: sed tamen tutor dari non potest: id enim lex Iunia prohibet.

Si capite diminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam: sed si abdicauerit se tutela, desinit esse tutor. Abdicare autem est dicere nolle se tutorem esse in iure. Cedere autē tutela testamento datus non potest. nam & legitimus in iure cedere potest, abdicare se non potest.

Lex Atilia iubet mulieribus, pupillisve non habentibus tutores dari à Prætore, & maiore parte Tribunorum plebis, quos tutores Atilianos appellamus. Sed quia lex Atilia Romæ tātùm locum habet, lege Iulia, & Titia prospectū est, vt in prouincia quoque similiter à Præsidibus earum dentur tutores.

Renardus lib. 1. variorum. c. 16.

vide Hotom. in indice legum R.

Lex Iunia tutorem fieri iubet Latinæ, vel Latinis impuberibus eū qui etiā ante manumissionē ex iure Quiritium fuit.

Ex lege Iulia de maritādis ordinibus, tutor datur à Prætore vrbis ei mulieri virginive, quam ex hac ipsa lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam,

Renardus lib. 2. variorum. c. 10.

promittendámve, si legitimum tutorem pupilla non habeat. Sed posteà Senatus censuit, vt etiam in prouincia quoque, similiter à Præsidibus earum ex eadem causa tutores dentur.

Præterea etiã in locũ muti, furiosíve tutoris alterũ dandum esse tutorẽ ad dotem constituendam Senatus censuit.

Item ex senatusconsulto tutor datur mulieri ei cuius tutor abest, præterquàm si patronus sit qui abest. Nam in locũ patroni absentis alter peti non potest, nisi ad hæreditatẽ adeundam, & nuptias contrahendas. Idémque permisit in pupillo patroni filio.

Hoc ampliùs Senatus censuit, vt si tutor pupilli pupillæúe suspectus, à tutela submotus fuerit, vel etiã iusta de causa excusatus, in locũ eius tutor alius detur.

Moribus tutor datur mulieri, pupillóve, qui cũ tutore suo lege, aut legitimo iudicio agere vult, vt authore eo agat, (Ipse enim tutor in rem suam author fieri non potest) qui Prætorianus tutor dicitur, quia à Pretore vrbis dari cõsueuit.

Pupillorum pupillarúmq; tutores & negotia gerunt, & authoritatem interponunt. Mulierum autem tutores authoritatem duntaxat interponunt.

Rauardus libr. va- riorum. c. 10.

Si plures sunt tutores, omnes in omni re debent authoritatem accommodare, preter eos qui tunc dati sunt: nam ex his vel vnius

vel vnius authoritas sufficit.

Tutoris authoritas necessaria est mulieribus quidē in his rebus, si lege, aut legitimo iudicio agant, si se obligent, si ciuile negotiū gerant, si libertæ suæ permittant in contubernio alieni serui morari, si mancipia alienēt. Pupillis autē hoc amplius, etiam in rerum nec mancipi alienatione, tutoris authoritate opus est.

Liberantur tutela masculi quidem pubertate. Puberem autem Cassiani quidē eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est, qui generare potest. Proculeij aūt eum qui quatuordecim annos expleuit. verum Priscus eum puberē esse, in quem vtrunq; concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum. Fœminæ autem tutela liberantur.

Raevardus lib. 4. Variorum c. 10. & Cuiacium c. 27. de diuers. temp. p̄scr.

TITVLVS XII.

De curatoribus.

CVRATORES aut legitimi sunt, id est, qui ex lege duodecim Tabularū dātur, aut honorarij, id est, qui à prætore constituuntur.

Lex duodecim Tabularum furiosum, itémq; prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse agnatorum.

Vide Hotom. ad ll. xii. tab. 3. p. c. 12. et 13.

A prætore constituitur curator, quem ipse prætor voluerit, libertinis prodigis, itémque ingenuis, qui ex testamento parentis, hæredes facti, malè dissipāt bona:

his enim ex lege, curator dari non poterat: cùm ingenuus quidem non ab intestato, sed ex testamento hæres factus sit patri: libertinus aũt nullo modo patri hęres fieri posit, qui nec patrem habuisse videtur, cùm seruilis cognatio nulla sit.

vide Cuiacium in l. 2. ff. de excus. tut.

Præterea dat curatorem ei, etiam qui nuper pubes factus, idoneè negotia sua tueri uon potest.

TITVLVS XIII.

De cœle, orbo & solitario patre.

LEGE Iulia prohibentur vxores ducere senatores quidem, liberiq; eorum, libertinas, & quæ ipsæ, quarúmue pater, matérue artem ludicram fecerit: item corpore quæstum facientem.

Cæteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, à lenone lenáue manumissam, & in adulterio deprehensam, & iudicio publico damnatã, & quæ artem ludicram fecerit. Adijcit Mauricianus, & à senatu damnatam.

TITVLVS XIIII.

De pœna legis Iuliæ.

Exponit Francisc. Connanus. libr. 8. comment. iuris fol. 591. k.

FOEMINIS lex Iulia, à morte viri, anni tribuit vacationẽ à diuortio, sex mensium. Lex autẽ Papia à morte viri, biennij à repudio, anni &

ni & sex mensium.

TITVLVS XV.

De decimis.

VIR ET vxor inter se matrimonij nomine decimã capere possunt. Quòd si ex alio matrimonio liberos superstites habeant, præter decimam, quam matrimonij nomine capiunt, totidem decimas, pro numero liberorũ, accipiũt. Item communis filius, filiáue, post nonum diem amissus amissáue, vnam decimam adijcit: duo autem post nonum diem amissi, duas decimas adijciunt. Præter decimã, etiam vsumfructum tertię partis bonorum eius capere possunt: & quotcunq; liberos habuerint eiusdẽ partis proprietatem. Hoc ampliùs mulier petere præter decimam, dotem potest legatam sibi.

TITVLVS XVI.

De solidi capacitate inter virum & vxorem.

ALIQVANDO vir & vxor inter se solidum capere possunt: velut si vterq; vel alteruter eorum nondum eius ætatis sit, quæ quidem liberos exigit, id est, si vir minor annorum vingintiquinque sit, aut vxor annorum viginti minor. Item si vtriq; le

Hoc cap. totum à Francij. Connani explicatur lib. 8. c. j. fol. [illegible] commentariorum iuris ciuilis.

ge Papia finitos annos in matrimonio ex ceſſerint, id eſt, vir ſexaginta annos, vxor L. Item ſi cognati inter ſe coierint vſque ad ſextum gradum: aut ſi vir abſit, & donec abeſſet, intra annum poſtquàm abeſſe deſierit, libera inter eos teſtamenti factio eſt. Si ius liberorum à principe impetrauerint, aut ſi filium filiámue communem habeãt, aut quatuordecim annorum filium, aut filiã duodecim amiſerint: vel ſi duos trimos, vel ſi tres poſt nonum diem amiſerint, vt intra annum tamen & ſex menſes. Etiam vnus cuiuſcunq; ætatis impubes amiſſus, ſolidi capiendi ius præſtat. Item ſi poſt mortem viri intra decem menſes vxor ex eo peperit, ſolidũ ex bonis eius capit.

Raevardus lib. 4. Variorum c. 16. pag. 144.

Aliquando nihil inter ſe capiũt, id eſt, ſi contra legem Iuliam, Papiamq; Popeã contraxerint matrimonium. Verbi gratia, ſi famoſam quis vxorem duxerit, aut libertinam, ſenator.

Qui intra ſexageſimum, vel quæ intra quinquageſimum annum neutri legi paruerit, licet ipſis legibus poſt hanc ætatẽ liberatus eſſet, perpetuis tamẽ pœnis tenebitur, ex ſenatuſconſulto Perniciano: ſed Claudiano ſenatuſcõſulto maior ſexagenario, ſi minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac ſi minor, ſexaginta annorum duxiſſet vxorem.

v. Cuiacium c. 33. de divers. temp. praeſcr. et lib. 6. obſervat. c. 20

Quòd ſi maior quinquagenaria minori ſexa-

ri sexagenario nupserit, impar matrimonium appellatur, & senatuscōsulto Caluitiano iubetur non proficere ad capiendas hæreditates,& legatas dotes.Itaque mortua muliere,dos caduca erit.

TITVLVS XVII.

De caducis.

QVOD quis sibi testamento relictum, ita vt iure ciuili capere possit,aliqua ex causa non cœperit,caducū appellatur,veluti cecidit ab eo,Verbi gratia,si cœlibi,vel Latino Iuniano legatū fuerit,nec intra dies centū vel cœlebs legi paruerit,vel Latinus ius Quiritiū cōsecutus sit:aut si ex parte hęres scriptus, vel legatarius ante apertas tabulas decesserit,vel peregerfactus sit.

Hodie ex constitutione Imperatoris Antonini,omnia caduca fisco vindicātur, sed seruato iure antiquo liberis & parentibus,caduca cū suo onere fiunt:ideóq; libertates,& legata,& fideicōmissa, ab eo data,ex cuius persona hæreditas caduca facta est,salua sunt:scilicet & legata & fideicōmissa cū suo onere fiunt caduca.

TITVLVS XVIII.

Qui habeāt ius antiquū in caduc.

ITEM liberis & parētibus testatores vsque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum

dedit, vt hæredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat, aut totum, aut ex parte, prout pertinere posit.

TITVLVS XIX.

De dominijs & acquisitionibus rerum.

OMNES res aut mãcipi sunt, aut nec mancipi. Mancipi res sunt prædia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam vrbana, qualis domus. Item iura prædiorum rusticorum: velut via, iter, actus, & aquæductus. Item serui & quadrupedes, quæ dorso collóve domantur: velut boues, muli, equi, asini: cæteræ res, nec mancipi sunt. Elephanti & cameli, quamuis collo dorsóve domentur, nec mancipi sunt: quoniam bestiarum numero sunt.

Singularum rerum dominia nobis adquiruntur, mancipatione, traditione, vsucapiõe, in iure cessiõe, adiudicatiõe, lege.

Mãcipatio propria species alienatiõis est, & rerũ mancipi, eáq; fit certis verbis, libripẽde, & quinq; testibus præsentibus.

vide Hotom. in partitionib9. tt.° 12. et ad ll. xii. tab. 3. p. c. 40. et brissonium. lib. 1. Select. c. 7.

Mancipatio locum habet inter ciues Romanos, & Latinos, Colonarios, Latinósque Iunianos, eósque peregrinos, quibus commercium datum est.

Commer-

Commercium est emendi vendendiq; inuicem ius.

Res mobiles non nisi præsentes mancipari possunt, & non plures quàm quæ manu capi possunt. Immobiles autem, etiam plures simul, & quæ diuersis locis sunt, mancipari possunt.

Traditio propria est alienatio rerum. Nec mancipi rerum dominia, ipsa traditione apprehendimus: scilicet, si ex iusta causa traditæ sunt nobis.

Vsucapione dominia adipiscimur, tam mancipi rerum, quàm nec mancipi. Vsucapio est autem dominij adeptio per cõtinuationem possessionis anni, vel biennij, rerum mobilium anni, immobilium biennij.

In iure cessio quoque communis alienatio est, & mancipi rerum, & nec mancipi quæ fit per tres personas in iure cedentes, vindicantes, addicentes.

In iure cedit dominus; vindicat is cui ceditur: addicit prætor.

In iure cedi res etiã incorporales possunt: velut vsusfructus, & hæreditas, & tutela legitima, & libertas.

Hæreditas in iure ceditur, vel antequã adeatur, vel posteaquã adita fuerit.

Antequàm adeatur in iure cedi potest legitimè ab hærede: posteaquàm adita est, tam à legitimo quàm ab eo qui testamento hæres scriptus est.

Si antequàm adeatur hæreditas, in iure cessa sit, perinde hæres fit cui cessa est, ac si ipse hæres legitimus esset. Quòd si postea quàm adita fuerit, in iure cessa sit, is cui cessa est permanet hæres, & ob id creditoribus defuncti manet obligatus: debita verò pereunt, id est, debitores defuncti liberantur.

Res autem corporales quoties singulæ in iure cessæ sunt, transeunt ad eum cui cessa est hæreditas.

[redacted] ll. xii. [redacted]3. f. c. 37. et §. si finium. 7. inst. de offic. iudic.

Adiudicatione dominia nanciscimur per formulam familiæ erciscundæ, quæ locum habet inter cohæredes: & per formulam cõmuni diuidundo, cui locus est inter socios: & per formulã finiũ regundorũ, quæ est inter vicinos. Nam si iudex vni ex hæredibus, aut socijs, aut vicinis rem aliquã adiudicauerit, statim illi acquiritur, siue mancipi, siue nec mãcipi sit.

Hotom. ad ll. xii. tab. 3. f. c. 29.

Lege nobis acquiritur, velut caducũ, vel ereptitiũ ex lege Papia Popea. Item legatum ex lege duodecim Tabularum, siue mancipi res sint, siue nec mancipi.

Acquiritur autẽ nobis etiam per eas personas quas in potestate, manu, mancipióve habemus. Itaq; siquidẽ (mãcipio puta) acceperint, aut traditũ eis sit, vel stipulati fuerint, ad nos pertinet.

Item si hęredes instituti sint, legatũve eis sit, & hæreditatẽ iussu nostro adeũtes nobis acquirũt, & legatũ ad nos pertinet.

Si seruus

Si seruus alterius, in bonis alterius ex iure Quiritium sit, ex omnibus causis acquiret, ei cuius in bonis est.

Is quem bona fide possidemus, siue liber: siue alienus seruus sit, nobis acquirit ex duabus causis tantùm, id est, quod ex re nostra, & quod ex operibus suis acquirit. Extra has autē causas, aut sibi acquirit, si liber sit: aut domino, si alienus seruus sit. Eadem sunt & in eo seruo, in quo tantùm vsumfructum habemus.

TITVLVS XX.

De testamentis.

TESTAMENTVM est mētis nostrę iusta cōtestatio, in id solēniter factū, vt post mortem nostram valeat.

Hotom. in. l. 1. D. qui testam. fac. pos.

Testamentorum genera fuerunt tria. Vnum, quod calatis Comitijs: alterum, quod in procinctu: tertium, quod per æs & libram appellatum est. Illis duobus testamētis abolitis, hodie solùm in vsu est, quod per æs & librā fit, id est, per mācipationem imaginariam, in quo testamento libripens adhibetur, & familiæ emptor, & non minus quàm quinq; testes, cū quibus testamenti factio est.

Hotom. ad. l. XII. tab. 3. § c. 30.

Qui in potestate testatoris est, aut familiæ emptoris, testis ad librę pensa adhiberi non potest: quoniam familię mancipatio inter testatorem, & familiæ empto

rem ſit:& ob id domeſtici teſtes adhendi non ſunt.

Filio familiæ emente pater eius teſtis eſſe non poteſt.

Ex duobus fratribus qui in eadem patris poteſtate ſunt, alter familię emptor, alter teſtis eſſe nō poteſt: quoniam quod vnus ex his mancipium accipit, acquirit patri, cui filius ſuus teſtis eſſe non debet, pariter & qui in poteſtate eius eſt conſtitutus.

Duo frates, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes vtrique, vel alter teſtis, alter libripens fieri poſſunt, alio familiã emente: quoniã nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.

Cuiacius in l. 1. ff. de hered. instit.

Mutus, ſurdus, furioſus, pupillus, fœmina, neq; familiæ emptor, neque teſtis, libripénſue fieri poteſt.

Latinus Iunianus, & familiæ emptor, & teſtis, & libripens fieri poteſt: quoniã cum eo teſtamenti factio eſt.

In teſtamento, quod per æs & libram fit, duæ res aguntur familiæ mancipatio, & nuncupatio teſtamenti. Nuncupatur teſtamentum in hunc modum: Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit: Hæc

Hotom. in l. 20. §. 6. D. de testam.

„ vt in his tabulis, cerisue ſcripta ſunt, ita „ do, ita lego, ita teſtor, itaque vos Quiri„ tes teſtimonium præbitote: quæ nuncu„ patio & teſtatio vocatur.

Filius familiæ teſtamẽtum facere non

poteſt

potest: quoniam nihil suum habet, vt testari de eo possit. Sed Diuus Augustus Marcus constituit, vt filius familiæ miles de eo peculio quod in castris acquisiuit, testamentum facere possit.

Qui de statu suo incertus est (facit qđ patre peregrè mortuo, ignorat se sui iuris esse) testamentum facere non potest.

Impubes licet sui iuris sit, testamentũ facere non potest: quoniam nondum plenum iudicium animi habet.

Mutus, surdus, furiosus, itémque prodigus, cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non possunt. Mutus, quoniam verba nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam verba familiæ emptoris exaudire nõ potest: furiosus, quoniam mentem non habet, vt testari de ea re possit: prodigus, quoniam cõmercium illi interdictum est, & ob id familiam mãcipare non potest.

Latinus Iunianus, item is qui dedititiorum numero est, testamentum facere non potest. Latinus quidem quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est. Is autem qui dedititiorum numero est, quoniam nec quasi ciuis Romanus testari potest, cùm sit peregrinus, nec quasi peregrinus: quoniam nullius certæ ciuitatis, sciens vt aduersus leges ciuitatis suæ testetur.

Fœminæ post duodecimũ annum æta

Hotom. in l. 5. D. qui testam. fac. poss.

tis teſtamenta facere poſſunt, tutore authore, donec in tutela ſint.

Seruus publicus, prætoriſue, parte dimidia teſtamenti faciendi habet ius.

TITVLVS XXI.

Quemadmodum hæres inſtitui debeat.

HAERES inſtitui rectè poteſt his verbis, Titius hæres eſto, Titius hæres ſit, Titium hęredem eſſe iubeo. Illa autē inſtitutio: hæredem inſtituo, hęredem facio, pleriſq; improbata eſt.

[redacted]

TITVLVS XXII.

Qui hæredes inſtitui poſſunt.

Hotom. in l. 16. D. de testam.

HAEREDES inſtitui poſſunt, qui teſtamenti factionē cum teſtatore habent.

,, vide Briſſonium lib. 1. Select. c. 13.

,,Dedititiorum numero hæres inſtitui non pōt, quia peregrinus eſt.

Cum quo teſtamenti factio non eſt, ſi quidem mortis teſtatoris tēpore, vel intra diē cretiōis, ciuis Romanus ſit, hæres eſſe pōt. Quòd ſi Latinus māſerit, lege Iunia capere hæreditatē prohibetur. Idē iuris eſt in pſona cœlibis, pp̄ter legē Iuliā.

Hotomanus. §. 23. legari autem instit. de legat.

Incerta perſona hæres inſtitui non poteſt, velut hoc modo: Quiſquis primus ad funus meum venerit hęres eſto: quoniā certum

+ pro Cœlestum, lege Cælestem. quæ et regina et forte ea [illegible], vide Pithœum. li. 1. aduersario rum. c. 3. et. 4.

certum consilium debet esse testantis.

Nec municipia, nec municipes hęredes institui possunt: quoniã incertum corpus est, vt neq; cernere vniuersi, neq; pro libito de hærede cernere possunt, vt hæredes fiant. Senatuscõsulto tamẽ cõcessum est, vt à libertis suis hæredes institui possint. Sed fideicõmissa hæreditas municipibus restitui potest, deniq; hoc senatusconsulto prospectum est.

Deos hæredes instituere nõ possumus præter eos, quos senatusconsulto cõstitutionibus principum instituere cõcessum est: sicuti Iouem Tarpeium, Appollinem, Didymæum, sicuti Martem in Gallia, Mineruam Meliensem, Herculem Gaditanum, Dianã Ephesiam, matrẽ deorũ Cybelem eã quæ Smyrnæ colitur, & Cœlestum Salinensem Carthaginis. +

Seruos hęredes instituere possumus nostros, cũ libertate: alienos, sine libertate: cõmunes, cũ libertate, vel sine libertate. Hotom. in. l. 16. d. detestam. [illegible]

Eum seruum qui tantùm in bonis noster est, nec cũ libertate hæredem instituere possumus: quia Latinitatem consequitur, quod non proficit ad hæreditatem capiendam.

Alienos seruos hęredes instituere possumus: eos tamen quorum cum dominis testamenti factionem habemus.

Communis sęruus cũ libęrtate rectè quidem hęres instituitur, quasi proprius,

pro parte nostra: sine libertate autem, quasi alienus, propter socij partem.

Proprius seruus cum libertate hæres institutus, siquidem in eadem causa permanserit, ex testamento liber & hæres fit, id est, necessarius.

Quòd si ab ipso testatore viuente manumissus, vel alienatus sit, suo arbitrio, vel iussu emptoris, hęreditatem adire potest. Sed si sine libertate sit institutus, omninò non constat institutio.

Hotom. §. 2. Seruus aut. instit. de hered. instit.

Alienus seruus hæres institutus, siquidem in ea causa permanserit, iussu domini debet hæreditatem adire. Quòd si viuo testatore manumissus, aut alienatus à domino fuerit, aut suo arbitrio, aut iussu emptoris, poterit adire hæreditatem.

Sui hæredes instituendi sunt, vel exhæredandi. Sui autem hæredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam naturales, quàm adoptiui: itẽ vxor, quæ in manu est, & nurus quæ in manu est filij, quẽ in potestate habemus.

vide Cic. Top. et ibi Boet. et Hotom. §. 3. in Instit. de bonor. possess.

Posthumi quoq; liberi. i. qui in vtero sunt si tales sunt, vt nati in potestate nostra futuri sint, suorũ hęredũ numero sunt.

Ex suis hæredibus filius quidem neq; hæres institutus, neque nominatim exhæredatus non patitur valere testamentum. Reliquæ verò personæ liberorum, velut filia, nepos, neptis, si præteritę sint, valet testamentum.

Scriptis

Scriptis hæredibus adcreſcunt, ſuis quidem hæredibus in partẽ virilem: extraneis autem, in partem dimidiam.

Poſthumi quoque liberi cuiuſcunque ſexus omiſsi, quod valuit teſtamentum, agnatione rumpitur.

Eos qui in vtero ſunt, ſi nati, ſui hæredes nobis futuri ſunt, poſſumus inſtituere hæredes: ſiquidem poſt mortem noſtram naſcantur, ex iure ciuili: ſi verò viuentibus nobis, ex lege Iulia.

Filius qui in poteſtate eſt, ſi non inſtituatur hęres, nominatim exhęredari debet: reliqui ſui hæredes vtriuſque ſexus aut nominatim, aut inter cæteros.

Poſthumus filius nominatim exhæredandus eſt: filia poſthuma, cæteræq; poſthumæ fœmĩnæ vel nominatim vel inter cęteros dummodò inter cęteros exhęredatis aliquid legetur.

Nepotes & pronepotes, cæteriq; maſculi poſthumi præter filiũ, vel nominatim vel inter cæteros, cũ adiectione legati ſunt exhęredandi: ſed tutiùs eſt tamẽ nominatim eos exhæredari, & id obſeruatur magis.

Hotomanus n. § 3. Postumorum instit. de exhered. liber.

Mãcipatos liberos, cũ iure ciuili, neq; hæredes inſtituere, neq; exhæredare neceſſe ſit: tamẽ Prætor iubet, ſi nõ inſtituãtur hæredes, exhęredari maſculos oẽs nominatim, fœminas vel inter cæteros, alioqui contra tabulas bonorum poſſeſ-

Hotomanus § 4. Emancipatos instit. de exhered. liberor.

ſionem eis pollicetur.

Inter neceſſarios hęredes, id eſt, ſeruos cũ libertate hęredes ſcriptos, & ſuos ſcilicet neceſſarios, id eſt, liberos qui in poteſtate ſunt, iure ciuili nihil intereſt: nã vtrique etiã inuiti hæredes ſunt. Sed iure prętorio ſuis & neceſſarijs hęredibus abſtinere ſe à parẽtis hęreditate permittitur. Neceſſarijs aũt tantũ hæredibus abſtinendi poteſtas non datur.

Extraneus hæres, ſiquidem cũ cretione ſit hęres inſtitutus, cernẽdo fit hęres: ſiue ſine cretione, pro hærede gerendo.

Pro hærede gerit, qui rebus hæreditarijs tanquã dominus vtitur: velut qui actionem rerũ hęreditariarũ facit: aut ſeruis hæreditarijs cibaria mandat.

Cretio eſt, certorum dierum ſpacium, quod datur inſtituto hęredi ad deliberãdum, vtrũ expediat ei adire hęreditatẽ, ñecne: velut, Titius hęres eſto, cernitoq; in diebus centũ proximis, quibus ſcieris poteríſq;: niſi ita creueris, exhæres eſto.

Cernere eſt verba cretiõis dicere, ad hunc modum, cùm me Mæuius hæredem inſtituerit, eã hæreditatẽ adeo, cernóq;.

Sine cretiõe hęres inſtitut⁹, ſi cõſtituerit nolle ſe hæredẽ eſſe, ſtatim excludiť ab hęreditate, & ampliùs eã adire nõ põt.

Cum cretiõe verò hęres inſtitutus, ſicut cernẽdo fit hęres, ita nõ aliter excluditur, quàm ſi intra diem cretionis non

creuerit

creuerit. Ideóq; etiam si constituerit nolle se hæredem esse: tamẽ si supersint dies cretionis, pœnitentia actus, cernendo hęres fieri potest.

Cretio autem vulgaris dicitur, aut cõtinua. Vulgaris, in qua adijciuntur hæc verba, Quibus scieris poterísq;. Continua, in qua non adijciuntur.

Ei qui vulgarem cretionẽ habet, dies illi dati computantur, quibus scit se hæredem institum esse, & potuit cernere. Ei verò qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignorauit se hæredem institutum, aut sciuit quidem, sed non potuit cernere.

Hæredes aut instituti dicũtur, aut substituti: Instituti qui primo gradu scripti sunt: substituti qui secundo gradu, vel sequentibus.

Hæredes scripti sunt, velut, Titius hæres esto, cernitóq; in diebus proximis cẽtum, quibus scieris poterísq;: nisi ita creueris, exhæres esto: Tunc Mæuius hęres esto, cernitóq; in diebus, & reliqua. Similiter & deinceps substitui potest.

Si sub imperfectam cretionẽ hęres institutus sit, id est, non adiectis his verbis, Si non creueris, exhæres esto: sed si ita, si nõ creueris, tunc Mæuius hæres esto cernendo quidem, superior inferiorem excludit: non cernendo autem, sed pro hærede gerendo, in partem admittit substi-

tutum. Sed posteà Diuus Marcus constituit, vt & pro hærede gerẽdo, ex asse fiat hæres. Quòd si neque creuerit, neq; pro hærede gesserit, ipse excluditur & substitutus ex asse fit hæres.

TITVLVS XXIII.

Quemadmodum testamenta rumpuntur.

TESTAMENTVM iure factum infirmatur duobus modis: si ruptum, aut irritum factum sit.

Hotom. §. 6. instit. quib. modis testam. infirm.

Rũpitur testamentũ mutatione, id est, si posteà aliud testamentũ iure factũ sit.

Item agnatione, id est, si suus hæres agnascatur, qui neq; hęres institutus, neq; vt oportet, exhæredatus sit.

Agnascitur suus hæres, aut agnascendo, aut adoptãdo, aut in manũ conueniendo, aut in locum sui hęredis succedendo: velut nepos mortuo filio, vel emãcipato. Aut manumissione, id est, si filius ex prima, secundáue mãcipatione manumissus reuersus sit in patris potestatem.

v. Hotom. §. 1. instit. de hęred. quæ ab intestat.

Irritum fit testamentum, si testator capite diminutus fuerit, aut si iure facto testamento, nemo extiterit hæres.

Si is qui testamẽtum fecit, ab hostibus captus sit, testamentum eius valet: si quidem reuersus fuerit, iure postliminij: si

non

nõ ibi decesserit, ex lege Corneliana, quę perinde successionem eius cõfirmat, atq; si in ciuitate decessisset.

Si septem signis testium signatũ sit testamentum, licet iure ciuili ruptum vel irritum factum sit, prætor scriptis hæredibus iuxta tabulas, bonorum possessionē dat, si testator & ciuis Romanus, & suæ potestatis cùm moreretur fuit, quę bona possessio cum re, id est, cum effectu habetur, si nemo alius iure hæres sit.

Hotom. [illegible]

Liberis impuberib⁹ in potestate manētibus tam natis, quàm posthumis hæredes substituere parentes possunt, duplici modo, id est, aut eo quo extraneis, vt si heredes nõ extiterint liberi, substitutus hæres fiat: aut proprio iure, id est, si post mortē parētis hæredes facti, intra pubertatem decesserint, substitutus hæres fiat.

Etiam exhæredatis filijs substituere parentibus licet.

Non àliter impuberi filio substituere quis heredē potest, quàm si sibi quis herdem institueret, vel ipsum filium, vel quēlibet alium.

Milites quomodocunq; fecerint testamēta, valēt, id est, etiã sine legitima obseruatione. Nam principalibus constitutionibus permissũ est illis quomodocũq; vellēt, quomodocũq; possent testari, ídq; testamentũ qđ miles cõtra iuris regulã fecit, ita demũ valet, si vel in castris mor

tuus ſit, vel poſt miſsionẽ intra annum.

TITVLVS XXIIII.

De legatis.

[illegible] et. §. 1. inſtit. de legatis.

LEGATVM eſt, quod legis modo, id eſt imperatiuè teſtamento relinquitur. Nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur.

Legamus autẽ quatuor modis, per vindicationem, per damnationẽ, ſinendi modo, per præceptionem.

Per vindicationem, his verbis legamus, do, lego, capito, ſumito, ſiue habeto.

Per damnationem his verbis, hæres meus damnas eſto dare, dato, facito, hæredem meum dare iubeo.

Sinendi modo ita, hęres meus damnas eſto, ſinere Lucium Titium ſumere illam rem, ſibíq; habere.

Per præceptionem ſic, Lucius Titius illam rem præcipito.

Per vindicationem legari poſſunt res, quæ vtroq; tempore ex iure Quiritium teſtatoris fuerunt mortis, & quãdo teſtamentũ faciebat: pręterquã ſi põdere, mẽſura, numero cõtineãtur, in his enim ſatis eſt, ſi vel mortis dũtaxat tempore fuerint ex iure Quiritiũ. Per damnationem oẽs res legari poſſunt, etiã quę nõ ſunt teſtatoris, dũmodò tales ſint q̃ dari poſsint.

Liber homo, aut res populi, aut ſacra, aut reli-

aut religiosa, nec per damnationem legari potest: quoniam dari non potest.

Sinendi modo legari possunt res propriæ testatoris, & hæredis eius. Per præceptionẽ legari possunt res, quæ etiã per vindicationẽ, si ea res quę nõ fuit, vtroq; tẽpore, testatoris, ex iure Quiritium per vindicationẽ legata sit, licet iure ciuili nõ valeat legatũ, tamen senatusconsulto Neroniano firmatur: quo cautum est, vt quod minus pactis verbis legatũ est, perinde sit, ac si optimo iure legatũ esset.

Optimũ autẽ ius legati per damnationem est, si duobus eadẽ res per vindicationẽ legata sit: siquidẽ disiunctim, singulis insolidũ debentur: si verò cõiunctim, velut Titio, & Scio, hominẽ Stichum do, lego, iure ciuili, concursu partes fiebant. Non currente altero, pars eius alteri adcrescebat, sed post legẽ Papiã Popeam, non capientis pars caduca fit.

Si per damnationẽ eadem res duobus legata sit: siquidẽ cõiunctim, singulis partes debẽtur, & nõ capientis pars iure ciuili in hæreditate remanebat, nunc autẽ caduca fit: quòd si disiunctim, singulis insolidum debetur.

Optiõe aũt legati ꝑ vindicationẽ data, legatarij electio est: veluti hominẽ optato, eligito. Idẽq; est, & si tacitè legauerim Titio hominẽ, aut decẽ, hęres meus dato hominẽ, dare hęredis electio est.

Hotomanus. §. 29. Ante hæredis. instit. de legat. et. §. 30. Post mortem.

Ante hæredis institutionem legari nõ potest: quoniam & potestas testamenti ab hæredis institutione incipit.

Post mortem hæredis legari non potest, ne ab hæredis hærede legari videatur: quod iuris ciuilis ratio non patitur. In mortis autem hæredis tempus legari potest: velut cùm hæres moriatur.

Hotomanus. §. fin. instit. de legatis.

Pœnæ causa legari non potest. pœnæ autẽ causa legatur, quod coercẽdi hæredis causa relinquitur, vt faciat quidẽ aut nõ faciat, nõ vt legatũ pertineat: vt puta hoc modo, si filiã tuã in matrimonio Titio cõlocaueris, decẽ milia Seio dato.

Hotom. §. 28. legari aut. instit. de legatis.

Incertæ parsonæ legari nõ potest: veluti, Quicũque filio meo, filiã suam in matrimonio cõlocauerit, ei homini tot milia dato. sub certa tamen demõstratione incertæ personæ legari potest: velut, Ex cognatis meis, qui nũc sunt, qui primò ad funus meũ venerit, ei hęres meus illud dato.

Neq; ex falsa demõstratione, neq; ex falsa causa legatũ infirmatur. Falsa demonstratio est: velut, Titio fundũ quẽ à Titio emi, do, lego, cũ is fundus à Titio emptus nõ sit. Falsa causa est: velut, Titio quoniã negotia mea curauit, fundũ do, lego, & negotia eius nunq̃ Titius curasset.

A legatario legari non potest.

Legatum ei tantũ dari potest, qui extraneus est. Ideóq; filio familię hæredi in

stituto

ſtituto, vel ſeruo, neque à patre, neque à domino legari poteſt.

Hæredi à ſemetipſo legari nõ poteſt.

Ei qui in poteſtate, manu, mãcipióve eſt ſcripti hæredis, ſub cõditione legari poteſt: ſed requiritur vt quo tẽpore dies legati cedit, in poteſtate hæredis nõ ſit.

Ei cuius in poteſtate manu mãcipióve eſt hæres ſcriptus, legari non poteſt.

Sicut ſingulæ res legari poſſunt, ita vniuerſarũ quoq; ſumma legari poteſt. vt puta, Mæuius hæres meus cũ Titio hęreditatẽ meã partito diuidito: quo caſu dimidia pars bonorũ legata videtur. Poteſt aũt & alia pars, velut tertia vel quarta legari, quę ſpecies partitio appellatur.

Vſusfructus iure ciuili legari poteſt earũ rerum, quarũ ſalua ſubſtãtia vtendi fruendi poteſt eſſe facultas, & tam ſingularum rerũ, quàm plurium, id eſt, partis.

Senatuſconſulto cautũ eſt, vt etiam ſi earum rerũ quæ in abuſu continẽtur, vt puta vini, olei, tritici vſusfructus legatus ſit, legatario res tradantur, cautionibus interpoſitis de reſtituẽdis eis, cũ vſusfructus ad legatarium pertinere deſierit.

Ciuitatibus omnibus, quę ſub imperio prętoriani ſunt, legari poteſt: idq; à Diuo Nerua introductum, poſteà à Senatu authore Adriano diligentiùs conſtitutum eſt.

Legatum quod datũ eſt, adimi poteſt,

vel eodem testamēto, vel codicillis testamento confirmatis: dum tamen codē modo adimatur, quo modo datum est.

Ad hæredem legatarij legata non aliter transeunt, nisi si iam die legatorum cedente legatarius decesserit.

Legatorū quæ purè vel in diem certū relicta sunt, dies cedit antiquo quidē iure, ex mortis testatoris tēpore: per legē autē Papiā Popeā ex apertis tabulis testamenti. Eorū verò quæ sub cōditione relicta sunt, cū cōditio extiterit, lex Falcidia iubet nō plus quā dodrantē totius patrimonij legari: vt omnimodò quadrās integer apud hæredem remaneat.

Vide Hotom. lib. 2. obseruat. c. 3. ... Cat. ...

Legatorum perperam solutorum repetitio non est.

TITVLVS XXV.

De fideicommissis.

FIDEICOMMISSVM est quod non ciuilibus verbis, sed precatiuè relinquitur: nec ex rigore iuris ciuilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis.

Hotom. §. 3. instit. de legatis. et §. 1. instit. de fideicom.

Verba fideicommissorum in vsu ferè sunt hæc: Fideicōmitto, peto, volo dari, & similia.

Hotom. §. ... instit. de singul. reb. p. fideic. rel.

Etiam nutu relinquere fideicommissum in vsu receptum est.

Fideicōmissū relinquere possūt, qui testamētū facere possūt, licet nō fecerint.

Nam

Nam inteſtatus quis moriturus fidei-commiſſum relinquere poteſt.

V. Hotom. §. 9. [illegible] in tit. de fideicomm. hered.

Res per fideicommiſſum relinqui poſſunt, quæ etiam per damnationem legari poſſunt.

Fideicommiſſa dari poſſunt his quibus legari poteſt.

Latini Iuniani per fideicommiſſum capere poſſunt, licet legatum capere non poſsint.

Fideicommiſſum & ante hæredis inſtitutionem, & poſt mortem hæredis, & codicillis etiam non confirmatis teſtamento dari poteſt, licet legari non poſsit.

Item Græcè fideicommiſſum ſcriptum valet, licet legatum græcè ſcriptum non valeat.

Hotom. in l. 20. D. de testam.

Filio qui in poteſtate eſt, ſeruóue hæredibus inſtitutis, ſeu ſi his legatum ſit, patris vel domini fideicōmitti poteſt, quāuis ab eo legari non poſsit. Qui teſtamento hęres inſtitutus eſt, codicillis etiā non confirmatis rogari poteſt, vel vt hæreditatem totam, vel ex parte alij reſtituat, quamuis ex directo hęres inſtitui, ne quidem confirmatis codicillis poſsit.

Fidcicommiſſa non per formulam petūtur, vt legata: ſed recognitio eſt Rōmę quidem Cōſulum, aut prætoris, qui fideicommiſſarius vocatur: in prouincijs verò, præſidum prouinciarum.

Hotom. §. 1. in tit. de fideicom.

Pœnę cauſa certę vel incertę perſonę

ne quidem fideicommissa dari possunt.

Is qui rogatus est alij restituere hæreditatem, lege quidẽ falcidia locũ non habente: quoniã non plus, puta quàm dodrãtem restituere rogatus est, ex Trebelliano senatuscõsulto restituit, vt ei in eum dentur actiones, cui restituta est hæreditas. Lege aũt falcidia interueniẽte, quoniam plus quàm dodrantẽ, vel etiam totam hæreditatem restituere rogatus sit, ex Pegasiano senatuscõsulto restituit, vel deducta parte quarta, ipse qui scriptus est hæres hæreditatẽ restituat, & in ipsum actiones conseruentur: is aũt qui recipit hæreditatem legatarij loco habeatur.

Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hæreditate, commoda & incommoda hæreditatis communicantur. Inter hęredem & eum cui reliquæ partes restitutæ sunt, interpositis stipulationibus ad exẽplum partis & pro parte stipulationum. partis autem & pro parte stipulationes propriè dicuntur, quæ de lucro & damno communicãdo solent interponi inter hæredem & legatarium partiarium, id est, cum quo partitus est hæres.

Si hæres damnosam hæreditatem dicat, cogetur à prętore adire, & restituere totam: ita vt ei & in eum qui recipit hæreditatem actiones dentur, perinde atq; si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset: idque vt ita fiat Pegasiano senatuscon-

natuſconſulto cautum eſt.

Si quis in fraudem tacitam fidem accõmodauerit, vt non capienti fideicommiſſum reſtituat, nec quadrãtem eum deducere ſenatus ſenſuit: nec caducum vindicare ex eo teſtamento, ſi liberos habeat.

Libertas dari põt per fideicõmiſſum.

TITVLXS XXVI.

De legitimis hæreditus.

INTESTATORVM ingenuorum hęreditates pertinent, primùm ad ſuos hæredes, id eſt, liberos qui in poteſtate ſunt, cæteróſque qui in liberorum loco ſunt. Si ſui hæredes non ſunt, ad cõſanguineos, id eſt, fratres & ſorores ex eodem patre. Si nec hi ſunt, ad reliquos agnatos proximos, id eſt cognatos, virilis ſexus per mares deſcendentes, eiuſdem familiæ: id enim cautum eſt lege duodecim Tabularum, ac ſi inteſtatus moritur, cui ſuus extabit hæres, nec agnatus proximus familiam habeto. Si defunctus ſit filius, ex altero filio mortuo, iam nepos vnus, vel etiam plures ad omnes hæreditas pertinet, non vt in capita diuidatur, ſed vt in ſtirpes, id eſt, vt ſi filius ſolus mediam partem habeat, & nepotes quotquot ſunt, alteram dimidiam. Aequum eſt enim nepotes patris ſui loco ſuccedere, & eam partem habere, quam pater eorum ſi viueret, habiturus eſſet.

Quandiu ſuus hæres ſperatur hæres fieri poſſe, tandiu locus agnatis non eſt: velut ſi vxor defuncti prægnans ſit, aut filius apud hoſtes ſit.

Hotom. §. 4. in Inst. de leg. ag. success.

Agnatorum hæreditates diuiduntur in capita: veluti ſi ſit fratris filius, & alterius fratris duo pluréſue liberi: quotquot ſunt ab vtraque parte perſonæ, tot fiunt portiones, vt ſinguli ſingulas capiant.

Si plures eodem gradu ſunt agnati, & quidam eorum hæreditatem ad ſe pertinere noluerint, vel ante quàm adierint, deceſſerint, eorum pars adcreſcit his qui adierint. Quòd ſi nemo eorum adierit, ad inſequentem gradum ex lege hæreditas non tranſmittitur: quoniam in legitimis hæreditatibus ſucceſsio non eſt.

Hotom. §. [illegible] in Inst. de leg. ag. success.

Ad fœminas ultra conſanguineorum gradum legitima hæreditas nō pertinet: itaque ſoror fratri ſororíue legitima hæres fit.

Hotom. [illegible] de leg. ag. success. [illegible] iisdem.

Ad liberos matris inteſtatę hæreditas ex lege duodecim Tabularū non pertinebat: quia fœminę ſuos heredes nō habet. Sed poſteà IMPP. Antonini & Cōmodi oratione in ſenatu recitata, id actū eſt vt ſine in manu conuentione, matrū legitimæ hęreditates ad filios pertineāt, excluſis conſanguineis, & reliquis agnatis.

vide briss. lib. 1. Se lect. c. 16.

Inteſtati filij hæreditas ad matrem ex lege duodecim Tabularū nō pertinet: ſed ſi ius liberorum habeat, ingenua trium, li bertina

Hotom. §. 1. in Inst. de SC. Tertull.

bertina quatuor, legitima hęres fit ex senatusconsulto Tertulliano: si tamen ei filio neque suus hęres sit, quiue inter suos hæredes ad bonorũ possessionem à Prętore vocatur: neq; pater ad quẽ lege hæreditas bonorúmve possessio cũ re pertinet, neq; frater consanguineus, quòd si soror consanguinea sit, ad vtrasque pertinere iubetur hæreditas.

TITVLVS XXVII.

De libertorum succeßionibus vel bonis.

LIBERTORVM intestatorum hæreditas primùm ad suos hęredes pertinet: deinde ad eos quorum liberti sunt: velut patronũ, patronam, liberósue patroni. vide § u. 29. Hotom. § 1. instit. de success. libert.

Si sit patronus & alterius patroni filius, ad solũ patronũ hæreditas pertinet.

Item patroni filius patroni nepotibus obstat.

Ad liberos patronorũ hæreditas defuncti pertinet, vt in capita, non in stirpes diuidatur. Hotom. § 5. instit. de success. libert.

Legitimæ hęreditatis ius, quod ex lege duodecim Tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

TITVLVS XXVIII.

De possesionibus dandis.

BONORVM possessio datur, aut contra tabulas testamenti, aut aduersus tabulas intestati.

aduersus tab. i. secundum

Contra tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis, testamento præteritis, licet legitima ad eos non pertineat hæreditas.

Bonorum possessio contra tabulas liberis tam naturalibus, quàm adoptiuis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis, non tamen & illis, qui in adoptiua familia sunt. Adoptiuis autem, his tantùm qui in potestate manserunt.

Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cauere à patribus suis, qui in potestate manserunt bona, quæ moriente patre habuerunt, se collaturos.

Secũdum tabulas bonorum possessio datur scriptis hæredibus, scilicet si eorũ quibus contra tabulas cõpetit, nemo sit, aut petere nolint.

Etiam si iure ciuili non valeat testamentum, fortè quod familiæ mancipatio vel nuncupatio defuit: si signatum testamentum sit, non minus quàm septem testium ciuium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

Intestati datur bonorum possessio per septem gradus. Primo gradu liberis. Secundo legitimis hæredibus. Tertio proximis cognatis. Quarto familiæ. Quinto

patrono,

Hotom. §. 3. instit. de bo. lib. pl. tit.

patrono, patronæ, liberisve patroni, patronæue. Sexto viro, vxori. Septimo cognatis manumissoris, quibus per lege Furiam plus mille asses capere licet, si nemo sit ad quē bonorum possessio pertinere possit: aut sit quidē, sed ius suū omiserit, populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria.

Hotom. §. 1. instit. de lege Falcid. et §. 3. instit. de bonor. poss.

vide Hotom. in indice legum.

Liberis bonorū possessio datī, tam his qui in potestate * vsq; in mortis tēpus fuerūt, quàm emācipatis: item adoptiuis, non tamen etiam in adoptionem datis.

Hotom. §. 3. instit. de bonor. possess.

* alias potestate

Proximi cognati bonorū possessionē accipiunt, nō solùm per fœminini sexus personam cognati, sed etiā agnati capite diminuti. Nam licet legitimū ius agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.

Bonorum possessio datur parentibus & liberis intra annum, ex quo petere potuerunt: cæteris, intra centum dies.

Qui omnes intra id tempus si non petierint, ad bonorum possessione sequens gradus admittitur, perinde ac si superiores nō essent: idq; per septem gradus fit.

Hi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, hæredes quidē non sunt, sed hæredis loco cōstituūtur, beneficio prætoris. Ideóq; seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitijs actionibus opus est, in quibus hæredes esse finguntur. Bonorum possessio aut cū re datur, aut sine

re. Cum re, si is qui accepit, cum effectu bona retineat: sine re, quum alius iure ciuili euincere hæreditatem possit: veluti, si suus hæres intestato sit. Bonorum possessio sine re, est cùm suus hęres euincere hæreditatem iure legitimo possit.

TITVLVS XXIX.

De bonis libertorum.

CIVIS Romani liberti hæreditatem lex duodecim tabularũ patrono defert, si intestato sine suo hærede libertus decesserit: ideóque siue testamento facto decedat, licet suus hæres ei non sit, seu intestato, & suus hæres ei sit, quamuis nõ naturalis, sed vxor, puta quæ in manu fuit, vel adoptiuus filius, lex patrono nihil pręstat. Sed ex edicto Prætoris si testamẽto facto libertus moriatur, aut vt nihil, aut minus quàm partem dimidiam bonorum patrono relinquat contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorũ possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, siue intestato decedat, & vxorem forte in manum vel adoptiuum filium relinquat, æquę partis mediæ bonorũ possessio contra suos hæredes patrono datur.

In bonis libertę patrono nihil iuris ex edicto datur. Itaq; si intestata moriatur liberta, semp ad eũ hęreditas ptinet.

Licet

bicet liberi sint libertæ, quoniam non sunt sui hæredes, matri, obstat patrono lex Papia Popea. Postea libertas quatuor liberorum iure, tutela patronorum liberauit, & cum tulerit, iam posse eas sine authoritate patronorum testari, prospexit: [illegible] patrono [illegible]

Liberi patroni virilis sexus, eadem iura in bonis libertorum parentis suorum habent, quæ & ipse patronus. Fœminæ verò, ex lege quidem duodecim Tabularũ, perinde ius habent, atq; masculi patronorum liberi. Holom. §. 3. inst. de bonor. poss.

Contra tabulas autem testamẽti liberti, aut ab intestato contra suos hæredes nõ naturalis bonorũ posessio eis non cõpetit: sed si ius triũ liberorum habuerũt, etiam hęc iura ex lege Papia Popea nanciscuntur.

Patronę ex bonis libertorum illud ius tantùm habent, quod lex duodecim Tabularũ introduxit. Sed posteà lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ libertinę, tribus, id iuris dedit, quod patronus habet ex edicto.

Item liberis ingenuę trium liberorum iure honoratæ, eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono tribuit.

*

FINIS.

Antonius Augustinus. lib. 1. emendat. c. 8. satis multa de his libris Pauli, scribit, ubi ponit quae ex hoc opere sint in Pandectis, et in Gratiani Decreto.

Cobarrubias. c. 17. Pract. qq. scribit hos libros potius esse Aniani viri spectabilis qui Alarici Gothorum regis iussu Codicem Theodosianum et institutiones Caii et Pauli sententias in epitomen deduxit.

IVLII PAVLI IVRECONSVLTI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM LIBRI QVINQVE.

*

LIBER PRIMVS.

De pactis & conuentionibus.

TITVLVS I.

OMNE PACTVM poſteriore pacto diſſoluitur, licet pariat exceptionem.

2 Neque contra leges, neq; contra bonos mores paſcici poſſumus.

3 Poſt rem iudicatam pactum, niſi donationis cauſa interponatur, ſeruari non poteſt.

De curatoribus & cognitoribus.

TITVLVS II.

1 OMNES infames qui poſtulare prohibentur, cognitores fieri non poſſunt, etiam volentibus aduerſarijs.

2 Fœminæ in rem ſuam cognitoriam operam ſuſcipere non prohibentur.

3 In rem ſuam cognitor procuratórue ille fieri pōt,qui pro omnibus poſtulat.

4 Actio iudicati non ſolùm in dominum aut domino, ſed etiam hæredi & in hæredem datur.

De procuratoribus.

TITVLVS III.

1 MANDARI poteſt procuratio præſentibus & nudis verbis, & per literas,& per nuntium,& apud acta præſidis & magiſtratus.

2 Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium,aut ad partem negotij, aut ad res adminiſtrandas datur.

De negotijs geſtis.

TITVLVS IIII.

1 QVI negotia aliena gerit,& bonā fidem,& exactam diligentiam,rebus eius pro quibus interuenit præſtare debebit.

2 Tutor poſt finitam tutelā, ſi in adminiſtratione duret,actione negotiorum geſtorum pupillo vel curatori eius tenebitur.

3 Si pecuniæ quis negotium gerat, vſuras quoq; totius temporis præſtare cogetur,& periculum eorum nominum quibus collocauit agnoſcere,ſi litis tempore ſoluendo non ſint: hoc enim benefidei iudicio ſeruare conuenit. *

* hoc enim in bonęfidei iudicijs ſeruari conuenit.

Mater

4 Mater quæ filiorum suorum rebus interuenit actione negotiorũ gestorum cogitur reddere rationem,& ipsis, & eorũ tutoribus.

5 Filiusfamiliâs,aut seruus si negotium alicuius gerat,in patrem dominúmve peculio tenùs actio dabitur.

6 Si pater vel dominus seruo vel filiofamiliâs aliena agenda negotia commiserit,insolidum tenebitur.

7 Pater si emãcipati filij res sine vlla exceptione à se donatas administrauerit, filio ex actione negotiorum gestorum tenebitur.

8 Qui cũ tutor,curatórve nõ esset:si pro tutore curatoréve res pupilli, adultiue administrauerit, actione negotiorum gestorũ pro tutore curatoréve tenebitur.

De calumniatoribus.

TITVLVS V.

1 CALVMNIOSVS est, qui sciẽs prudènsq;, per fraudem negotium alicui comparat.

2 Et in priuatis & in publicis iudicijs omnes calumniosi extra ordinẽ pro qualitate admissi plectuntur.

De reis institutis.

TITVLVS VI.

1 DE hijs criminibus, de quibus quis absolutus est,ab eo qui accusauit, refri-

cari accuſatio non poteſt.

2 Filius acuſatoris, ſi hoc crimen, quod pater intẽdit, poſt liberatum reum, perſequi velit, ab accuſatiõe remouẽdus eſt.

3 Crimẽ in quo alius deſtitit, vel victus receſsit, alius obijcere non prohibetur.

De integri reſtitutione.

TITVLVS VII.

1 INTEGRI reſtitutio eſt, redintegrãdę rei vel cauſę actio. Integri reſtitutionẽ prætor tribuit ex hijs cauſis, quæ per metũ, dolũ, & ſtatus permutatione, & iuſtum errorem, & abſentiam neceſſariã, & infirmitatem ætatis geſta eſſe dicũtur.

2 Integri reſtitutio plus quã ſemel non eſt decernenda: ideóq; cauſa cognita decernitur.

3 Integra reſtitutio, aut in rem competit, aut in perſonã. In rem actio cõpetit, vt res ipſa, qua de agitur, reuocetur. In perſonã aut quadrupli pœna intra annũ, vel ſimpli poſt annũ peti poteſt.

4 Si aliquis vt ſe de vi latronũ vel hoſtium, vel populi liberaret, aliquid mãcipauit vel promiſit, ad metũ nõ pertinet: mercedem enim depulſi metus tribuit.

5 Seruus per metum emãcipatus, quicquid acquiſierit, vel ſtipulatus ſit, ei acquirit, qui vim paſſus eſt.

6 Vis eſt, maior rei impetus qui repelli non poteſt.

Qui

7 Qui quē in domo inclusit, vt sibi rem manciparet, aut promitteret: extorsisse mancipationem videtur.

8 Qui quem ferro vinxit, vt sibi aliquid traderet, vel rē daret, vim intulisse videt.

9 Qui in carcerem quem detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti.

De dolo malo.

TITVLVS VIII.

1 DOLVS malus est, cùm aliud agitur, aliud simulatur.

2 Qui dolum, vel metū adhibuit, vt res ad alium transiret, vterque de vi & dolo actione tenebitur. Alia lectio.

3 Doli actione tenebitur, qui dolum malum adhibuit, vt res ad alium transiret.

De minoribus xxv. annorum.

TITVLVS IX.

1 MINOR viginti quinque annorū, si aliquod flagitium admiserit, quod ad publicam coërtionem expectet, ob hoc in integrum restitui non potest.

2 Qui minori mandauit, vt negotia sua agat, ex eius persona, in integrū restitui non potest, nisi minor sua sponte negotijs eius interuenerit.

3 Si maior effect⁹, res quas minor egit pacto vel silētio cōprobauit, aduersus hoc quoq; in itegrū restitui frustrà desiderat.

* maiori

4 Si minor minori * hæres existat, hæres ex sua persona, non ex defuncti in integrum restitui potest.

l. minor se. ff. eod.

v. Hotom. §. 2. instit. de [illegible]

5 Minor se in hiis quæ fideiussit, vel fide promisit, vel spopondit, vel mandauit in integrum restituendo, reum principalem non liberat.

* consulto

6 Quis sciens prudénsq;, se pro minore obligauit, si id consultus * consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur.

7 Minor aduersus emptorem in integrum restitutus, pretio restituto, fundũ recipere potest: fructus enim in compensationem vsurarũ, penès emptorem, remanere placuit.

8 Minor aduersus distractiones eorum pignorum & fiduciarum, quas pater obligauerat, si nõ ita vt oportuit à creditore distractæ sint, restitui in integrũ potest.

De plus petendo.

TITVLVS X.

Ranconetus lib. 8. variorum. c. 24. Hotom. §. si quis agens. 28. et §. plus autem. 29. instit. de actionib. et §. huic autem 31. eo. tit.

1 CAVSA cadimus, aut loco, aut summa, aut tẽpore, aut qualitate: loco, alibi: summa, si plus quàm damus petimus: tempore, repetendo ante tempus: qualitate, ejusdem speciei meliorẽ rem postulãtes.

De satisdando.

TITVLVS XI.

1 QVOTIES hæreditas petitũ satisdatio

datio iure deſideratur,& ſi ſatiſdatio nō detur,in petitorē hæreditas transfertur.

2 Si petitor ſatiſdare noluerit,penes poſſeſſorem poſſeſsio remanet: in pari enim cauſa potior eſt poſſeſſor.

3 Vſufructuarius de vtendo vſufructu, ſatiſdare debet,ſe perinde vſurū,ac ſi ipſe paterfamiliâs vteretur.

De iudicijs omnibus.

TITVLVS XII.

1 HI QVI falſa reſcriptione vſi fuerint,lege Cornelia,de falſis puniūtur.

2 Ex his qui ancillam corrupit alienam, aliam reformare cogendus eſt.

3 Qui falſum neſciēs allegauit,falſi pœna non tenetur.

4 In caput domini patroníue,nec ſeruus nec libertus interrogari poteſt.

5 Pregnātes neq; torqueri,neq; damnari,niſi poſt æditum partum poſſunt.

6 Qui de ſe cōfeſſus eſt,in alium torqueri non poteſt,ne alienā ſalutem in dubiū deducat,qui de ſua deſperauit.

De iudicato.

TITLVS XIII.

1 QVI exhibiturum ſe aliquem iudicio cauerit, mortuo eo pro quo cauerat, periculo cautionis liberatur.

2 Filiusfamiliâs,iuſſu patris manūmittere poteſt,matris non poteſt.

3 Is qui album raſerit, corruperit, ſuſtulerit mutauerit, quídue aliud propoſitum mentiendi * gratia turbauerit, extra ordinem puniatur.

4 Si id quod emptum eſt, neq; tradatur, neq; mancipetur, vẽditor cogi põt, vt tradat aut mancipet.

5 Deteriorem ſeruum facit, qui fugam ſuaſerit, & qui furtum, & qui mores eius corpúſue corruperit.

6 Qui ancillam alienam virginem immaturam corruperit, pœna legis Aquiliæ tenebitur.

7 In petitione hæreditatis ea veniunt, quæ defunctus mortis tempore reliquit, vel ea quæ poſt mortem ante aditam hæreditatem ex ea acquiſita ſunt.

8 Poſſeſſor hæreditatis præſentia carũ rerum, quas dolo alienauit, cum vſuris præſtare * cogendus eſt.

*præſentare.

9 Petitio hęreditatis, cuius defunctus litem non erat conteſtatus, ad hæredem non tranſmittitur.

De via publica.

TITVLVS XIIII.

1 QVI VIAM publicam exarauerit ad munitionẽ eius, ſolus compellitur.

Si quadrupes damnum intulerit.

TITVLVS XV.

1 SI quadrupes pauperiẽ fecerit, damnúmue

núme dederit, quidue depaſta ſit in dominum actio datur, vt aut damni æſtimationem ſubeat, aut quadrupedem cedat* quod etiam lege Peſulania de cane cauetur. *dedat.

2 Feram beſtiam in ea parte qua populi iter eſt, colligari prætor prohibet: & ideò ſiue ab ipſa, ſiue propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admiſsi, extra ordinem actio in dominū vel cuſtodem datur: maximè ſi ex eo *homo perierit, vel fuerit læſus. *exinde.

3 Ei qui irritatu ſuo feram beſtiam, vel quancūq; aliam quadrupedem, in ſe proritauerit, eaq; damnum dederit, neq; in eius dominum, neque in cuſtodem actio datur.

De finium regundorum.

TITVLVS XVI.

1 IN EVM qui per vim terminos deiecerit vel ammouerit, extra ordinem animaduertitur.

De ſeruitutibus.

TITVLVS XVII.

1 VIAM, iter, actum, aquæ ductū qui biennio vſus nō eſt, amiſiſſe videtur: nec enim ea vſucapi poſſunt, quæ non vtēdo amittuntur.

2 Seruitus hauriēdæ aquę vel deducendæ biennij *actione omiſſa intercidit: & *biennio omiſſa.

biennio vſurpata recipitur.

De familia erciſcunda.

TITVLVS XVIII.

1 ARBITER familiæ erciſcundæ, pluſquam ſemel dari non poteſt: & ideò de his, quæ diuiſa eo iudicio non ſunt, cō muni diuidundo arbiter poſtulatus partietur.

Quemadmodum actiones per inficiationem duplentur.

TITVLVS XIX.

1 QVAEDAM actiones ſi à reo inficientur, duplantur: veluti iudicati, depēſi, legati per damnationem relicti, damni iniuriarum legis Aquiliæ, item de modo agri cū à vēditore emptor deceptus eſt.

2 Ex his cauſis quæ inficiatione duplātur pacto decidi non poteſt.

vide Hotomanum ad [illegible] 3. c. 41. et §. fin. instit. de oblig. ex quasi contr. et §. omnes autem. 19. inst. de actionib.

De fideiuſſore & ſponſore.

TITVLVS XX.

v. Hotom. ad §. 3. Si plures. institut. de fideiuss.

1 INTER fideiuſſores ex ædicto prętoris ſi ſoluendo ſint, licet ſinguli inſolidum teneantur, obligatio diuidetur.

De ſepulchris & lugendis.

TITVLVS XXI.

* fulminis.

1 OB INCVRSVM fluminis * vel metum, corpus iam perpetuæ ſepulturæ tradi-

ræ traditum, ſolemnibus redditis ſacrificijs, per noctem in alium transferri locum poteſt.

2 Corpus in ciuitatem inferri nõ licet, ne funeſtentur ſacra ciuitatis, & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.

3 Qui luget, abſtinere debet, à conuiuijs ornamentis, & alba veſte.

Ryamndus lib. 1. in reg. c. 20.

4 Quicquid in funus erogatur, inter æs alienum primo loco deducetur.

5 Qui alienum mortuum ſepelierit, ſi in funus eius aliquid impenderit, recipere id ab hærede, vel à patre, vel à domino poteſt.

SENTENT. RECEPT.
Iulij Paul. libr. primi
FINIS.

IVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM LIB. SECVNDVS.

De rebus creditis & iureiurando.

TITVLVS I.

1 IN pecuniarijs causis, si alter ex litigatoribus iusiurandum deferat, audiendus est: hoc enim & compēdio litium, & æquitatis ratione prouisum est.

2 Solus curare potest, qui suspectus dicitur, cùm nulla veritas petitori in eo exprimitur, qui calumniam se pati dicit.

3 Deferre iusiurandum prior actor potest, contrarium autem de calumnia iusiurandum reo competit.

4 Si reus cùm iurare velit, actor illi necessitatem iurisiurandi remisit, & hoc liquidò appareat, actio in eum non datur.

5 Hæredi eius, cum quo cōtractum est, iusiurādum deferri non potest: quoniam contractum ignorare potest.

6 Ei qui debitum quocunque modo confessus dicitur, ex ea re actio creditori non datur, sed ad solutionem cōpellitur.

De pecunia

De pecunia conſtituta.

TITVLVS II.

1 SI id quod mihi Lucius Titius debet, ſoluturũ te conſtituas, teneris actione pecuniæ conſtitutæ.

De contractibus.

TITVLVS III.

1 STIPVLATIO eſt verborum conceptio, ad quam quis congruè interrogatus reſpondit: veluti, ſpondes, ſpondeo. Dabis, dabo. Promittis, promitto. fidei tuæ erit. & tam pure quàm ſub conditione concipi poteſt.

*De commodato * & depoſito pignore fiduciáue.*

* cõmendato

TITVLVS IIII.

1 QVICQVID in rē cõmodatā * ob morbum, vel aliam rationē impēſum [illegible]i poteſt.

* commendatam.

2 [illegible] ruina, naufragio, aut quo alio ſimili caſu res commodata amiſſa ſit, non tenebitur eo nomine, is cui cõmodata eſt: niſi forte, cùm poſſet rem cõmodatam, ſaluam facere, ſuam prætulit.

3 Seruus vel equus, ſi à latronibus, vel in bello, vel in aliā cauſam cõmodati occiſi ſunt actio commodati datur: cuſtodia enim & diligentia rei cõmodatæ * præ-

* commendatæ.

ſtanda eſt.

4 Si rem æſtimatã tibi dedero, vt ea diſtracta pretiũ ad me deferres, eaq; perierit: ſiquidẽ ego te rogaui, meo periculo perit: ſi tu de vendenda * promiſiſti, tuo periculo perit.

* diuidendi

De pignoribus.

TITVLVS V.

1 CREDITOR, ſi ſimpliciter ſibi pignus depoſitũ diſtrahere velit, ter ante denuntiare debitori ſuo debet, vt pignus abſoluat, ne à ſe diſtrahatur.

2 Fœtus vel partus, eius rei quę pignori data eſt, pignoris iure nõ tenetur, niſi hoc inter contrahentes conuenerit.

3 Compenſatio debiti ex pari ſpecie, & cauſa diſpari admittitur: velut ſi pecuniam tibi debeam, & tu mihi pecuniã debeas, aut frumentũ, aut cętera huiuſmodi, licet ex diuerſo contractu cõpenſare vel deducere debuit, ſi totum petat, plus petendo cauſa cadet. Raevardus lib. 3. Variorum. c. 14.

De exercitoribus & inſtitoribus.

TITVLVS VI.

1 FILIVS familiâs ſi voluntate patris nauem exerceat, patrem inſolidum, ob ea quæ ſalua re ceperat, obligat.

Ad legem

Ad legem Rodiam.
TITVLVS VII.

1 LEVANDAE nauis gratia, cùm iactus mercium factus est, omniū contributiōe sartiatur, * quod pro omnibus da * damnum. tum est.

2 Iactu * nauis leuata, si perierit, extra- * iactura. ctis aliorū per vrinatores mercibus, eius quoq; rationem haberi placuit, qui merces salua naue iactauit.

3 Naue vel Arbore vi tempestatis amissa vectores ad contributionem non tenētur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus, nauis salua sit.

4 Leuandæ nauis gratia merces in scapham transiectæ, atq; ideò amissæ, in contributione earum, qui in naui saluę erūt, refici conuenit. Nauem autem perditam conseruantes, cùm mercibus scaphæ ratio non habetur. aliâs naue autem perdita conseruatę cum mercibus scaphæ ratio non habetur.

5 Collatiò in tribulationis obiectū, salua naue fieri debet.

De institoribus.
TITVLVS VIII.

1 SICVT cōmoda sentimus ex actu prępositi istitoris, ita & incōmoda sentire debem^9: & ideò in eū q seruū siue filiū siue familiâs, siue ācilla; ppōsuit negotij vel

mercibus excercedis, eorum nomine insolidum conuenitur.

2 Si quis pecuniæ fœnerãdæ, agróq; colẽdo, cõdendis vendendísq; frugibus præpositus est, ex eo nomine quòd cum illo contractum est, insolidum fundi dominus obligatur: nec intereſt ſeruus an liber ſit.

3 Quod cum diſcipulis eorum, qui officinis tabernis præſunt contractum eſt, in magiſtris vel inſtitoribus tabernæ inſolidum actio dabitur.

* magiſtros vel inſtitores

De in rem verſo.

TITVLVS IX.

1 SERVVS vel filiusfamiliâs, ſi acceptam pecuniam in rem patris, vel dominĩ verterit, hoc modo agrum puta colenlendo, domum fulciendo, mancipia veſtiẽdo, mercando, vel creditori ſoluendo, vel quid tale faciendo, de in remverſo inſolidum in patrem, vel dominũ obligat, ſi tamen ob hanc cauſam pecunia data ſit.

De ſenatuſconſulto Macedonia.

TITVLVS X.

1 QVI filiofamiliâs contra interdíctum ampliſsimi ordinis, pecuniam mutuam crediderit: poſt mortem patris, ex eo quod viuo patre credidit, cum eo agere non poteſt.

Ad ſenatuſconſultũ Veleianum.

TITV-

TITVLVS XI.

1 IN OMNI genere negotiorum &obligationũ,tam pro viris,quàm pro fœminis, intercedere mulieres prohibētur.

2 Mulier quę pro tutoribus filiorũ suorum indemnitatē promisit, ad beneficiũ senatusconsulti non pertinet.

De deposito.

TITVLVS XII.

1 SI SACVLVM vel argentum signatum deposuero, vt is penès quē depositum fuit,me inuito contrectauerit,& depositi & furti actio mihi in eũ cõpetit.

2 In iudicio depositi ex mora fructus veniunt & vsuræ rei debitæ * postulantur. *depositæ.

3 In causa depositi compensatione locus non est:sed res ipsa reddenda est.

4 Debitor distractis fiducijs à creditore,de superfluo aduersus eum habeat actionem.

5 Quicquid creditor per fiduciariũ seruum quæsiuit,sortem debiti minuit.

6 Debitor creditori fiduciam vendere nõ põt,sed alijs si velit,vēdere põt:sed ita vt ex pretio eiusdem pecunię offerat creditori, atq; ita rem mancipatam sibi emptor ipse pręstet. * * restituet.

7 Si per suppositam personam creditor pignus suum inuito debitore cõparauerit, emptio non videtur: & ideò quandoq; lui potest: ex hoc enim causa pigno

ris vel fiduciæ finiri non poteſt.

8 Si inter creditorē & debitorē conuenerit, vt fiduciā * ſibi vēdere non deceat: nō ſoluēte debito re, creditor denūciare ei ſolēniter poteſt, & diſtrahere: nec enim in tali cōuentione fiduciæ actio naſci pōt.

* fiducialiter.

De lege commiſſoria.

TITVLVS XIII.

Cuiacius hic et brisson. lib. 6. de ... pig.

1 SI creditor rem fiduciæ datā, vni ex hæredibus, vel extraneo legauerit, aduerſus omnes hæredes, actio fiduciæ cōpetit.

2 Si creditor rē fiduciariā fecerit meliorē, ob ea recuperāda quæ impēdit, in iudicio fiduciæ debitorem habebit obnoxiū.

Nouiſsimus creditor prio. &c.

3 Creditor priorē obligatam pecuniā * à quo poſſeſsio in eū transfertur, dimittere poteſt. Sed & prior crditor, ſecundum creditorē ſi voluerit dimittere nō prohibetur: quanquā ipſe in pignore potior ſit.

* obligata pecunia.

4 Seruus ſi mutuā pecuniam, ſeruitutis tēpore acceperit, ex ea obligatione, poſt manumiſsionem conueniri non poteſt.

De vſuris.

TITVLVS XIIII.

1 SI pactum nudū de præſtandis vſuris interpoſitum ſit, nullius eſt momenti: ex nudo enim pacto in ciues Romados actio non naſcetur.

2 Vſuræ ſupra centeſimam ſolutæ, ſortem mi-

tem minuunt: conſumpta ſorte repeti * * recipi poſſunt.

3 Traiectitia pecunia, propter periculum creditoris, quandiu nauigat nauis, infinitas vſuras capere poteſt.

4 Vſuræ quæ centeſimam excedunt, per errorem ſolutæ repeti poſſunt.

5 Si quis pignora debitoris citra authoritatem iudicantis abduxerit, violentiæ crimen admittit.

6 Tutor in vſuras non conuenitur, ſi pecuniam pupillarem ideo non collocauit, quòd idonea nomina non habebat, quibus pecunia collocaretur, cuius rei cōteſtatio apud præſidem prouinciæ deponenda eſt.

De mandatis.

TITVLVS XV.

1 OB ſubitam valetudinem, ob neceſſariam peregrinationē, ob inimicitiā, & inanis rei actiones, integra adhuc cauſa mandati negotium renuntiari poteſt.

2 Si meis nummis mādato tuo aliquid tibi comparauero, & ſi rem poſteà accipere nolis, mādati actio mihi aduerſus te cōpetit: non enim quod impenſum eſt ſolùm, ſed & vſuras eius cōſequi poſſum.

3 Certo pretio rem iuſſus diſtrahere, ſi minoris vendiderit, mādati iudicio pretij ſumma poterit integrari: venditione enim diſſolui non placuit.

Pro socio.

TITVLVS XVI.

1 SICVT lucrum, ita & damnũ inter socios communicatur: nisi quid culpa socij, vel fraude euersum sit.

De ex empto & vendito.

TITVLVS XVII.

1 VENDITOR si eius rei quã vendiderit, dñs nõ sit, pretio accepto authoritatis manet obnoxius: aliter enim non potest obligari.

i. tenet[ur] de euictione. vide l. fi. ff. [illegible] euiction. Alciat. lib. 2. parerg. c. 9. et Ant. Aug. lib. 3. emendat. c. 6. [illegible] loco et sequẽti subauditur [illegible]. ut sit authoritatis nomine. vide Hotomanum. ad ll. [illegible] tab. 3. p. c. 41. pag. 115.

2 Si res simpliciter traditæ euincãtur, tanto venditor emptori condemnandus est, quanto si stipulatione pro euictione cauisset.

3 Res empta mãcipatione, & traditione perfecta, si euincatur, authoritatis vẽditor duplo tenùs obligatur.

De modo, id est, spacio.

TITVLVS XVIII.

1 DISTRACTO fundo, si quis de modo, id est, spacio mentiatur, in duplo eius, quod mẽtitus est, facta iudicis æstimatione, conuenitur.

2 Redhibitio vitiosi mancipij intra sex menses fieri põt, propter latens vitium.

3 Si vt seruũ quis pluris vẽderet, de artificio eius, vel peculio mẽtitus est, actione ex empto, cõuentus, quãto minoris va

luisset

luisset, emptori præstare cõpellitur, nisi paratus sit eum redhibere.

4 Ex die emptionis si pars pretij numerata sit, & fructus & opera eius, & fœtus pecorũ, & ancillarum partus ad emptorem attinent.

5 Fundum alienũ mihi vẽdidisti: postcà idem ex causa lucratiua meus factus est, cõpetit mihi aduersus te ad pretiũ recuperandum actio ex empto.

6 Post rem * traditã, nisi emptor pretium statim exoluat, vsuras eius prestare cogendus est. * verò

7 Mutus emere, & vẽdere põt, furiosus autẽ, neq; emere, neq; vẽdere potest.

8 Seruus bona fide cõparatus, si ex veteri vitio fugerit, nõ tantũ pretiũ dominus, sed & ea quæ per fugã abstulit, reddere cogetur.

9 Cũ probatio prioris fugæ defecerit, serui respõsioni credendũ est: in se enim interrogari, nõ pro domino aut in dominum videtur

10 In eo contractu, qui ex bona fide descẽdit, instrumentorũ obligatio sine causa demõstratur. * si quo modo voluntas de sine * contractus. * posit ostendi. * desideratur * de fide * vendendi contractus.

11 Fundus eius esse videtur, cuius nomine cõparatus est, nõ à quo pecunia numerata est. * si tamen fundus comparatori sit traditus. * rata nume rata.

12 Electo reo principali, fideiussor, vel

hæres eius liberatur: non enim in mandatoribus obſeruatur.

De locato & conducto.

TITVLVS XIX.

1 HOMO liber, qui ſtatum ſuum in poteſtate habet. & peiorare eum, & meliorem facere poteſt: atque ideò operas ſuas diurnas nocturnáſq; locat.

2 Fundi deteriores facti, & cultura nõ exercitati, & ædificiorũ non refectorum culpa pro arbitrio iudicis domino à conductore, ſarciri poteſt.

De nuptijs.

TITVLVS XX.

1 SPONSALIA tam inter puberes, quã inter impuberes cõtrahi poſsũt.

2 Eorũ qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate eius matrimonia iure non contrahũtur, ſed contracta nõ ſoluũtur: contẽplatio enim publicæ vtilitatis, priuatorum commodis præfertur.

Raevardus lib. 4. variorum c. 8. pag. 249.

3 Inter ſeruos & liberos matrimonia, cõtrahi nõ poſſunt, contuberniũ poteſt.

4 Neq; furioſus, neq; furioſa matrimonium cõtrahere poſſunt: ſed contractum matrimoniũ, furore nõ tollitur.

5 Vir abſens vxorẽ ducere poteſt: fœmina abſens nubere non poteſt.

Brissonius lib. 1. Select. c. 18.

6 Libertũ, qui ad nuptias patronæ, vel filiæ patronæ affectauit, pro dignitate

perſonæ

personæ, metalli pœna, vel operis publicis coerceri placuit.

De concubinis.

TITVLXS XXI.

1 EO TEMPORE quo quis vxorem habet, cōcubinam habere non potest. Concubina igitur ab vxore solo delicto separatur.

De dotibus.

TITVLVS XXII.

1 DOS AVT antecedit, aut sequitur matrimonium: & ideò vel ante nuptias, vel post nuptias dari potest: sed ante nuptias data, earum expectat aduentum.

2 Lege Iulia de adulterijs cauetur, ne dotatæ prædium maritus inuita vxore alienet. [illegible]

De pactis inter virum & vxorem.

TITVLVS XXIII.

1 FRVCTVS fundi dotalis cōstante matrimonio percepti, lucro marito cedunt, etiam pro rata anni eius, quo factũ est diuortium.

2 Omnibus pactis, stipulatio subijci debet, vt ex stipulatu actio nasci possit.

De donationibus inter virum & vxorem.

TITVLVS XXIIII.

1 MORTIS causa donatio est, quæ impendente metu mortis fit, vt est valetudinis, peregrinationis, nauigationis, vel belli.

2 Manumissionis gratia inter virum & vxorē donatio fauore libertatis recepta est: vel certe * quod nemo ex hac fiat locupletior: ideóque seruum manumittendi causa inuicem sibi donare non prohibentur.

*velut certo.

3 Inter virum & vxorem, nec per interpositam personam donatio hac lege permittitur fieri posse.

4 Inter virum & vxorem contemplatione donationis, imaginaria venditio cō trahi non potest.

5 Superstite eo qui matrimonij tempore donauerat, ante decedente cui fuerat donatum, id quod donatum est, penès donatorem remanet.

6 Quicunq; tēpore contēplatione mortis, inter virum & vxorem donatio facta est, morte sequuta conualescit.

De liberis agnoscendis.

TITVLVS XXV.

1 SI Serua conceperit, & posteà ma-

numissa pepererit, liberum parit: id enim fauor libertatis extorsit.

2 Si libera conceperit, & ancilla facta pepererit, liberum parit: id enim fauor libertatis exposcit.

3 Si ancilla conceperit, & medio tempore manumissa sit: rursus facta ancilla pepererit, liberũ parit: media enim tẽpora libertati prodesse, nõ nocere etiã possunt

4 Ex ea muliere natus, quæ ex causa fideicõmissi manumitti debuit, si per moram libertati factam nascatur, ingenuus nascitur.

5 Si mulier diuortio facto grauidam se sciat, intra tricesimum diem, viro denuntiare debet, vel patri eius, vt ad ventrem inspiciendum obseruandúmq; custodes mittant,* quibus missis partum mulieris omnimodò cogantur agnoscere. * quo missi.

6 Si prægnantem mulierẽ se esse non denuntiauerit, vel custodes vẽtris missos non admiserit, liberum est patri vel auo natum * non habere: cæterùm negligentia matris, quo minus * suus patri hæres sit, obesse non debet. * * alere. * suo. *non poterit.

7 Si mulier se ex viro prægnãtem negat, permittitur marito ventrem inspicere, & ventri custodes dare.

8 Venter inspicitur per quinq; obstetrices: & quod maxima pars earum denũtiauerit, pro vero habetur.

9 Obstetricem quæ partũ alienum atu

TITVLVS XXXII.

1 FVR eſt, qui dolo malo rem alienā contrectat. Furtorum genera ſunt quatuor. Manifeſti, nec manifeſti, concepti & oblati. Manifeſtus fur eſt, qui in faciēdo deprehēſus eſt, & qui intra terminos eius loci, vnde quid ſuſtulerit, deprehenſus eſt, vel ante quā ad eum locum, quo deſtinauerat, perueniret. Nec manifeſtus fur eſt, qui in faciendo quidē deprehenſus non eſt, ſed eum furtū feciſſe negari non poteſt. Concepti actione is tenetur, apud quem furtū quæſitum & inuentum eſt. Oblati actiōe is tenetur, qui rem furtiuam, aliò tulit, ne apud ſe inueniretur.

2 Furti actiōe is agere poteſt, cuius intereſt * non perdidiſſe.

Conceptis agere poteſt, qui rem concepit & inuenit.

4 Oblati is agere poteſt, penès quē res concepta, & inuenta eſt.

5 Manifeſti furti actio, & nec manifeſti, & cōcepti ac oblati hæredi quidē cōpetit, ſed in hæredem non datur.

6 Seruus qui furtū fecerit, damnúmue dederit, niſi id, pro ſui quantitate dominus ſarcire ſit paratus, noxæ dedi poteſt.

7 Si ſeruus furtū fecerit, deinde manu miſſus fuerit, aut alienatus, cū ipſo manu miſſore, vel emptore agi poteſt: noxa enim caput ſequitur.

Filius

8 Filius familiâs si furtũ fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eũ datur: quia in omnibus noxa caput sequitur.

9 Non tantũ qui furtũ fecerit, sed etiã is cuius opera, aut consilio furtũ factum fuerit, furti actione tenebitur.

10 Qui meretricem libidinis causa rapuit, & celauit, eum quoq; furti actione teneri placuit.

11 Furti manifesti actio, præter pœnã quadrupli, ipsius rei persecutionem, genere vendicationis & cõdictiõis cõtinet. Lege, oblati. nõ enim

12 Furti concepti actio, aduersus eũ qui obtulit, tripli est pœna, & ipsius rei * restitutio. concepti, sed oblati ac[tio] * repetitio. [hæc] dat[ur] aduersus eũ qui obtu[lit]

13 Furti quocunque genere condemnatus, famosus efficitur.

14 Quecunque in caupona, vel in meritorio stabulo, diuersorióq; perierint, in exerc[i]tores eorũ furti actio cõpetit.

15 Rem pignori datã, debitor creditori subtrahẽdo furtũ facit. * quod & ipse similiter * amiserit, suo nomine persequi potest. * quasi. * admiserit.

16 Pater, mater, vel dominus, de ea re, quæ filio familiâs, vel seruo surrepta est, furti agere potest. Interest enim ei deferri actionẽ, qui de peculio conuenitur.

17 Si rem quã tibi cõmẽdaui, posteà surripui, furti actio competere tibi non poterit: rei enim nostrę furtum facere non possumus.

18 Si cùm furtum quis quęrit, damnum iniuriæ dederit, actione legis Aquiliæ tenebitur.

19 Ob iudicium comprehendendi furis, premium promissum iure debetur.

20 Siue segetes per furtum, siue quælibet arbores cęsæ sint, in duplum eius rei nomine reus conuenitur.

21 Qui tabulas cautionésue surripuit, in ascriptam summam furti actione tenebitur, nec interest, an cancelatæ necne sint, quia ex hijs debitum solutum interest comprobari.

22 Seruus qui in fuga est, à domino quidem possidetur: sed dominus furti actione, eius nomine non tenetur, quia in potestate eum non habet.

De operis libertorum.

TITVLVS XXXIII.

1 EGENTEM patronum libertus, obligatione doni, muneris, & operarum solutus, alere cogēdus est, pro modo facultatum suarum.

SENTENTIARVM RECEPTARUM ad filium Iulij Paul. libr. secundi

FINIS.

IVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM LIB. TERTIVS.

De Carboniano edicto.
TITVLVS I.

SI FRATRI puberi controuersia fiat, an pro parte impuberis differri causa debeat, variatum est: sed magis est, vt differri non debeat.

De bonis liberti.
TITVLVS II.

1 IN bonis liberti prior est patronus, quã filius alterius patroni: itẽq; prior est filius patroni, quã nepos alteri⁹ patroni.

2 Si libertus duos Patronos * hæredes instituit, alter eorũ viuo liberto moritur is qui superest cõtra tabulas testamenti bonorum possessionem rectè postulat. * habere

3 Libertorum hæreditas, in capita, nõ in stirpes diuidetur: & ideò si vnius patroni duo sint liberti, & alterius quatuor, singuli viriles, id est, æquales portiones

habebunt.

4 Patronus vel patroni liberti, ex parte dimidia hæredes inſtituti * debitum liberti pro portionibus exoluere cogãtur.

* æs alienum.

De lege Fabia.

TITLVS III.

EA quæ in fraudem patroni à liberto quoquo modo alienata ſunt, Fabiana formula tam ab ipſo patrono, quàm à liberis eius reuocantur.

De teſtamentis.

TITVLVS IIII.

1 TESTAMENTVM facere poſſunt maſculi, poſt impletum quartum decimum annũ, fœminæ poſt duodecimum.

2 Spadones eo tempore teſtamentum facere poſſunt, quo pleriq; pubeſcunt, id eſt, anno decimooctauo.

3 Filiusfamiliâs qui militauit, de caſtrẽſi peculio tam cõmuni, quàm proprio iure teſtamentum facere poteſt. Caſtrenſe autem peculium eſt, quod in caſtris acquiritur * & qđ proficiſcẽti ad miltiã datur.

4 Cæcus teſtamentum poteſt facere, quia ſcire poteſt adhibitos teſtes, & audire ſibi teſtimonium perhibentes.

5 Furioſus tempore intermiſſæ furiæ teſtamentum facere poteſt.

De eo cui moribus interdicitur.

TITV

TITVLVS V.

1 MORIBVS per prætorem bonis interdicitur hoc modo: quādo tibi bona paterna habita, quæ nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis * ob eam rem tibi * ea re commercióque interdico.

* ab ea re.
* arcere.

Item de testamentis.

TITVLVS VI.

1 QVI AB hostibus captus est, testamentum quasi seruus facere non potest. Sanè valet testamentum id, quod ante captiuitatem factum est, si reuertatur iure postliminij: aut si ibidem decedat, beneficio legis Corneliæ valet: qua lege etiam legitimæ tutelæ hæreditatésque firmantur.

2 In insulam relegatus, & in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet ciuitatem, testamentum facere potest, & ex testamento capere.

3 Plures quàm septem ad testamementum adhibiti non nocent: superflua enim facta prodesse iuri tantùm nocere non possunt.

4 In aduersa corporis valetudine mente captus, eodē tempore testamentū facere non potest.

5 Prodigus recepta vitę sanitate, ad bonos mores reuersus, & testamentum face

re poteſt,& ad teſtamenti ſolemnia adhi beri poteſt.

6 Ex his qui ad teſtamentum adhibentur, ſi qui ſint, qui latinè neſciant, vel non intelligant: * ſed tamen ſentiāt cuius rei interſint, adhibiti non vitiāt teſtamentū.

7 Conditionum duo ſunt genera. aut enim poſsibilis eſt, aut impoſsibilis. Poſſibilis, quę per rerum naturā admitti poteſt. Impoſsibilis quæ non poteſt. quarū ex euētu altera expectatur, altera impoſſibilis ſubmouetur.

8 Conditiones contra leges & decreta principum, vel bonos mores aſcriptæ nullius ſunt momēti: veluti, ſi vxorē non duxeris, ſi filios non ſuſceperis, ſi homicidium feceris, ſi barbaro * vel latronali habitu proceſſeris, & his ſimilia.

*laruali.

9 Quoties non apparet quis ſit hæres inſtitut⁹, inſtitutio nō valet quod euenit, ſi teſtator plures amicos vnius nominis habeat.

10 Hæredes aut inſtituti, aut ſubſtituti dicūtur. Inſtituitur primo gradu, ſubſtituitur ſecundo vel tertio ſcriptus.

11 Subſtituere quis & purè, & ſub conditione poteſt, & tam ſuis quā extraneis, tam puberibus quàm impuberibus.

12 In quot vult vncias teſtator hæreditatem ſuam diuidere poteſt. impleto aſſe ſine parte hęredis inſtituti, ad prioris aſsis ſemiſſem æquis portionibus veniunt.

Seruus

13 Seruus alienus cum libertate hæres institutus, institutionē nō infirmat, sed libertas, vt alieno, superuacuè data videt̄.
14 Filio & extraneo æquis partibus hęredibus institutis, si præterita accrescāt, tantū suo aduocabit, quantū extraneo: si verò duo sint filij instituti, suis tertiā extraneis dimidiam tollit.
15 Talis est posthumorum institutio. si cui post mortem meam posthumi nati fuerint, hæredes suntote. si viuo eo nascuntur, rumpunt testamentum.
16 Nepos posthumus qui in locum patris succedere potest, ab auo aut hæres instituendus est, aut nominatim exhæredandus, ne agnascādo rūpat testamentū.
17 Qui semel constituit ad se hæreditatem pertinere, ac se rebus eius immiscuit, repudiare eam non potest, etiam si damnosa sit.

Ad senatusconsultum Sylanianum.

TITVLVS VII.

1 HAEREDITAS eius, qui à familia occisus esse dicitur, ante habitam quęstionem adhiri non potest, nec bonorum possessio postulari.
2 Occisus videtur, nō tantū qui per vim aut per cędē interfectus est, aut iugula-

tus,aut præcipitatus:ſed & is, qui veneno necatus dicitur.honeſtati enim hæredis cõuenit,qualẽcunq; mortẽ teſtatoris inuitam,multã non prætermittere.

3 Domino occiſo,de ea familia quęſtio habenda eſt, quæ intra tectũ fuerit, vel certè extra tectũ, * cũ dominus eo tempore occidebatur.

* cũ dño eo tẽpore cũ occidebatur.

4 Qui occiſus dicitur, ſi cõſtet eũ ſibi quoquomodò manus intuliſſe, de familia eius quęſtio nõ eſt habẽda, niſi fortè prohibere potuit,nec prohibuit.

5 Neroniano ſenatuſcõſulto cauetur, vt occiſa vxore etiam * de familia viri quæſtio habeatur:idq; iuxta vxoris familiam obſeruatur,ſi vir dicatur occiſus.

* à.

6 Serui qui ſub eodẽ tecto fuerint,vbi dominus perhibetur occiſus,& torquentur & puniũtur,etſi teſtamẽto occiſi manumiſsi ſint:ſed & hij torquentur,qui cũ occiſo in itinere fuerunt.

7 Serui de proximo,ſi cũ poſſent ferre auditis clamoribus auxiliũ domino, non tulerunt,puniuntur.

8 Seruos * quicũq; in itinere circundatũ à latronibus dominum per fugã deſerunt,aprehenſos,& torqueri, & ſummo ſupplicio affici placuit.

* qui

9 Habebitur de familia quæſtio, & ſi hęres teſtatorẽ occidiſſe dicatur,nec intereſt extraneus,an ex liberis ſit.

10 Omnibus qui cõtra voluntatẽ defun-

ẽti faciunt

cti faciunt, vt indignis aufertur hæreditas, ſi nihil teſtamento in fraudem legis fuerit cautum.

21 Siue falſum, ſiue ruptum, ſiue irritũ dicatur teſtamentum, ſalua eorum diceptatione, ſcriptus hęres iure in poſſeſsionem mitti deſiderat.

22 Si inter hæredem inſtitutũ, & ſubſtitutum cõtrouerſia ſit, magis placuit eum in poſſeſsionẽ rerũ hæreditariarũ mitti, qui primo loco ſcriptus eſt.

23 Scriptus hæres vt ſtatim in poſſeſſionem mittatur, iure deſiderat: hoc poſt annum impetrare non poterit.

24 In eo teſtamento, quod neq; vt oportuit oblatum, neq; publicè recitatũ eſt, hæres ſcriptus in poſſeſsionem mitti fruſtrà deſiderat.

25 In poſſeſsionẽ earum rerũ, quas mortis tempore, teſtator nõ poſſedit, hæres ſcriptus, priuſquã iure ordinario experiatur, improbè mitti deſiderat.

De legatis.

TITVLVS VIII.

1 PER perceptionem vni ex hæredibus, nummi legati, qui domi non erant, officio iudicis familiæ erciſcũdæ, à cohęredibus præſtabuntur.

2 Ante hæredis inſtitutionẽ legari nõ poteſt, inter medias hæredũ inſtitutiões, ſiue alter ſiue vterq; adeat, põt: interdũ

dimidiũ, interdum totum. Debetur dimidium, ſi per vendicationem legatum ſit: totum, ſi per damnationem.

3 Cõmuni ſeruo cũ libertate, & ſine libertate legari poteſt: totúmq; legatũ ſocio teſtatoris acquiritur.

4 Poſt mortẽ hæredis legari non põt: qa nihil ab hęredib⁹ hęredi relinqui põt.

5 In mortis tẽpus tam ſua quã hæredis eius, legata cõfirmari poſſunt, hoc modo. Lucio Titio cũ morietur do, lego, aut hęres meus * dares damnes eſto.

* aliâs dare damnas eſto.

6 Per vendicationẽ legatũ, & ſi nondũ conſtituerit legatarius ad ſe pertinere, atq; ita poſt apertas tabulas, ante aditã hæreditatẽ deceſſerit, ad hæredem ſuum legatum tranſmittit.

7 Si res obligata creditori, cuius cauſam teſtator nõ ignorat, per damnationẽ legata ſit, ſolutio ad hęredis ſolicitudinem ſpectat.

8 Seruo fataliter interempto legatarij damnũ eſt: quia legatum nulla culpa hæredis intercidit.

9 Damnari hæres poteſt, vt alicui domum extruat, aut ære alieno eũ liberet.

10 Sinendi modo, tam corporales res, quã quę in iure cõſiſtunt, legari poſſunt: & ideo debitori id qđ debet, rectè legat.

11 Eius rei quę legata eſt, exẽplo hęredis partim agnoſcere, partim repudiare, legatarius non poteſt.

Legatum

12 Legatũ nisi certę rei sit, vt & ad certã personã deferatur, nullus est momenti.

13 Si quis sibi & * alij legatũ adscripserit, magis est, vt totũ legatum ad coniunctos pertineat. * Titio.

14 Qui se filio testatoris impuberi tutorẽ adscripserit, vt suspect⁹ à tutela remouẽdus est, ad quã vltrò videtur affectasse.

15 Rem legatã testator, si posteà pignori vel fiduciæ dederit, ex eo voluntatem mutasse non videtur.

De vsufructu.

TITVLVS IX.

1 VSVSFRVCTVS vniuscuiusque rei legari potest, & aut ipso iure constituetur, aut per hæredẽ præstabitur, ex causa quidẽ damnationis per hęredẽ prę stabitur, ipso aũt iure per vendicationẽ.

2 Furioso * & egrotãti & infanti vsufructus vtiliter relinquitur: horum enim alius resipiscere, alius cõualescere, alius crescere potest. * aut.

3 Ancillæ vsufructu legato, partus eius ad fructuarium non pertinent.

4 Gregis vsufructu legato, grege in integro manẽte, fœtus ad vsumfructuariũ pertinẽt, saluo eo, vt quicquid gregibus deperierit, ex fœtibus impleatur.

5 Areę vsufructu legato, ædificia in ea constitui non possunt.

6 Accessio alluuionũ ad vsufructuariũ,

fundũ, qui fructus fundi non est, nõ pertinet, venationis verò & aucupij redditus ad fructuarium pertinent.

7 Seruus nec torquere, nec flagellis cędere, neq; in eum casum facto suo perducere vsufructuarius potest, quo deterior fiat.

8 Fructu legato, si vsus non adscribatur, magis placuit vsumfructũ videri adscriptum: fructus enim sine vsu esse non posset.

9 Si alteri vsus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in vsum concurrit: quod in fructu vsuarius facere non potest.

10 Cùm coniunctim duobus vsumfructum do, lego: legatum altero mortuo ad alterũ insolidum pertinebit.

11 Vsufructu legato, de modo vtẽdi cautio à fructuario solet interponi, & ideò perindè omnia se vsurũ, ac si optimus paterfamilâs vteretur, fideiussoribus oblatis cauere cogetur.

12 Vsusfructus amissus ad proprietatẽ recurrit. Amittitur autem quinq; modis. capitis minutione, rei mutatiõe, non vtẽdo, in iure cessione, dominij cõparatione

13 Capitis minutiõe amittitur, si in insulam fructuarius deportetur, vel si ex causa metalli seruus pœnæ efficiatur: aut si statum ex arrogatione, vel adoptione mutauerit.

v. Hotom. l. 13. ... de Vsufruct. 1

Non

14 Non vtendo amittitur vſusfructus ſi poſſeſsione fundi biennio fructuarius non vtatur, vel rei mobilis anno.

15 Rei mutatione amittitur vſusfructus, ſi dom⁹ legata incēdio cōflagrauerit, aut ruina perierit: licet poſteà reſtituatꝰ.

16 In iure ceſsione amittitur vſusfructus, quoties domino proprietatis, cùm fructuarius in iure ceſſerit.

17 Finitur vſusfructus, aut morte, aut tēpore. Morte, cùm vſufructuarius moritur. tēpore quoties ad certū tēpus vſusfructus legatur, velut biennio aut triennio.

18 Fundo vel ſeruo legato, tam fundi inſtrumentum, quàm ſerui peculium ad legatarium pertinet.

19 Quærēdorū fructuū cauſę eſſe vidētur. qui opus ruſticū faciūt, & munitores & villici, & ſaltuarij. Itē boues aratorij, aratra, tridētes,* & falces putatorię: frumentū quoq; ad ſementē repoſitum. * bidentes.

20 Condendorū * fructuū cauſa cōparata inſtrumēto cedunt: velut corbes, aluei, falces meſſorię, & fœnarię, item molæ oliuariæ. * cogendorū.

21 Cōſeruādorū fructuū cā cōparata inſtrumēto cedūt: velut dolia, cupę vehicula ruſtica, & cibaria, piſtores, aſini focarię.*

22 Item ancillę quę veſtimēta ruſticis faciūt, ſcotra * quoq; & ſutor cōtinebūtur. * ſoccariæ.

23 Vxores eorū qui operantur magis eſt vt inſtrumēto cedūt. Pecora quoq; & * ſcrapta.

paſtores eorum ſtercorandi cauſa parata inſtrumento continentur.

24 Ea aũt quæ cuſtodiæ magis cã. quã ad vſus patris familię cò delata ſunt, inſtrumenti nomine non continentur.

vide Ant. Aug. lib. 2. cap. 4.

25 Vxores verò eorũ qui mercedes pręſtare cõſueuerũt, neq; inſtructionis, neq; inſtrumẽti appellatione continentur.

26 Piſcatoris & venationis inſtrumentũ, ita demũ inſtrumẽto fundi cõtinetur, ſi ex his maximè fundi redditus cogatur.

27 Fructus percepti inſtrumẽto fundi ita demùm cedunt, ſi ibidem abſumi à teſtatore conſuerant.

28 Fũdo cũ omni inſtrumẽto ruſtico & vrbano, & mãcipijs quę ibi ſunt, legato, ſemina quoq; & cibaria debebuntur.

29 Fũdo cũ omni inſtrumẽto ruſtico & vrbano & mãcipijs, quę ibi ſunt, legato:, tã ſupellex, q̃ æramẽtũ, itẽq; argẽtũ & veſtes, q̃ ibi paterfa. inſtruẽdi gratia habere ſolet debebũtur: itẽ & mãcipia quę vſui patriſa. eſſe ſolẽt: itẽq; aues & pecora quę inſtruendarum epularũ gratia in fundo cõparata ſunt exceptis his quæ ibi cuſtodiæ cauſa depoſita ſunt.

30 Fundo legato ita vt optimus maximúſq; eſt, retia, apraria, & cęteravenationis inſtrumẽta cõtinebũtur: quæ etiã ad inſtrumentũ pertinẽt, ſi quæſtus fundi ex maxima parte in venationibus cõſiſtat.

31 Fructus qui ſolo coherebant mor-

tis teſta-

tis testatoris tẽpore, ad legatariũ pertinent: ante percepti ad hæredem.

32 Fundo legato cũ mãcipijs, & pecoribus, * cũ omni instrumẽto rustico, & vrbano, peculiũ actoris ante testatorẽ defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere. * &

33 Actor vel colonus ex alio fundo in eodem cõstitutus, qui cũ omni instrumẽto legatus erat, ad legatariũ nõ pertinet nisi cũ ad * rem eius fundi testator voluerit pertinere. * ius

34 Adiunctiões quas fundo legato testator ex diuersis emptionibus applicauerat, legatario cedere placuit.

35 Instructo prędio legato, fabri ferrarij, itẽ lignarij, putatores, & qui instruẽdi fundi gratia ibidẽ morabãt, legato cedũt

36 Instructo fundo legato libri quoq;, & bibliothecę, quę in eodem fundo sunt, legato continebuntur.

37 Seruus studẽdi gratia ex eodẽ fundo qui cum mãcipijs fuerat legatus, alio trãslatus, ad legatariũ placuit pertinere.

38 Fundo ita vt possederat legato, mãcipia tam vrbana quã rustica, itẽq; * aurũ & vestes, quæ eodẽ tẽpore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent. * argentum

39 Pascuaria quæ posteà cõparata ad fundũ legatũ testator adiũxerat: si ei[9] appellatiõe cõtineãtur, ad legatariũ ptinẽt.

40 Quicquid in eadẽ domo quam in-

ſtructã legauit paterfamiliâs, perpetuò ſtruẽdi ſe gratia habuit, legatario cedit.

41 Inſtructa domo legata, in legato cõtinẽtur, quibus domus munitior, vel tuta ab incẽdio pręſtatur, vt tegulæ, ſpecularia, & tela legato cõtinebuntur: itẽ æramenta, lecti, culcitræ, puluini, ſubſellia, cathedræ, menſæ, armaria, delphicæ, pelues, aquiminalia, candelabra, lucernæ, & ſimilia quacunque materia expreſſa.

* Alchiminalia

42 Domo legata balneum eius, quod publicè prebetur, niſi aliâs ſeparetur legato cedit.

43 Domo cũ omni iure ſuo ſicut inſtructa eſt legata: vrbana familia, item artifices, & veſtiarij, & zitharij, & aquarij, & eidem domui ſeruientes legato cedunt.

44 Omnibus quæ in domo ſunt legatis, cautiones debitorum, rationéſq; ſeruorum, legato cedunt.

45 Mobilibus legatis, aurũ vel argentum nõ debetur, niſi de hijs quoq; manifeſtè cẽſiſſe teſtatorem poſsit oſtendi.

46 Inſtrumento cauponio legato, ea debentur quæ in cauponis vſum parata ſunt: velut vaſa, in quibus vinum defunditur, eſcaria quoque & pocula, & vaſa debentur. ſanè miniſtris earum rerum legato non cedent.

47 Inſtrumento medici legato collyria, & emplaſtra, & apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itémque

briſſon. lib. 2. ſel lect. c. 4.

ferramen

ſerramenta legatò cedunt.

48 Inſtrumento pictoris legato, colores * penſuli, cauterea, & temperandorum colorum vaſa debebuntur. * penniculi.

49 Piſtoris inſtrumẽto legato, cribra, aſini, molę, & ſerui, qui piſtrinũ exercent, item machinæ, quibus farinæ ſubiguntur, legato cedunt.

50 Inſtrumẽto balneatorio legato, balneator ipſe, & ſcãna, & podia * fiſtulę, * miliaria, epiſtomia, rotæ aquariæ, iumẽta quoque, quibus ligna deferuntur, legato cedunt. * hypodia * ſiſtulæ

51 Inſtrumento piſcatoris legato, & retia, & naſſę, & ſuſcinæ, & nauiculæ, hami quoque & cætera huiuſmodi vſibus deſtinata debentur.

52 Supellectile legata, capſæ, armaria, non ſolùm librorum, aut quæ veſtis ponendæ gratia parata ſunt, debebuntur, ſed & byſsina, & cryſtalina, & argentea, vitrea * vaſa, tam eſcaria quàm pocula, & veſtes, ſtratoria legato cedunt. * aurea

53 Villis vel agris ſeparatim legatis, alterum alteri cedit.

54 Seruis do, lego, legatis, ancillę quoque debebuntur, non item ſerui legatis ancillis. Sed ancillarum appellatiõe, tam virgines, quàm ſeruorũ pueri cõtinẽtur, ijs ſcilicet exceptis, quę fiducię datę ſunt

55 Seruis amanuẽſibus legatis, omnes qui ad manum ſeruiunt, debebuntur.

56 Venatores serui, vel aucupes, an inter vrbana ministeria cōtineantur, dubiū remansit, & ideò voluntatis est quæstio, tamen si instruendarū quotidianarū epularum gratia habentur, debentur.

57 Muliones & institores inter vrbana ministeria continentur, item obsonatores & vestiarii, & cellarii, & cubicularii, & arcarij, & coqui, placentarij, tonsores, & pistores, lecticarii, stabularii.

58 Pecoribus legatis, quadrupedes omnes cōtinētur, quę gregatim pascūtur.

59 Iumentis legatis boues non continentur

60 Equis verò legatis, equas quoque placuit cōtineri. ouibus aūt legatis, agni non cōtinentur, nisi annuales sint.

61 Grege ouium legato, arietes etiam continentur.

62 Auibus legatis, anseres, phasiani, galinæ, & auiaria debebūtur. An aūt phasianarij, & pastores anserum voluntatis questio est.

63 Dulcibus legatis, sapa, defrutū, mulsum, dulce etiā vinum, palmę, caricę, vuę passę videbūtur. Sed in hoc quoq; voluntatis est questio: quia & in specie pomorum comprehendi possunt.

64 Frugibus legatis tam legumina, quàm ordeum & triticum continentur.

65 Veste legata ea cedunt, quæ ex lana & lino texta sunt. Item serica, & bom-

bicina,

bicina, quæ tamen induendi * & operien- * inductus.
di, cingendi, sternēdi, iniiciendíque causa
parata sunt. pelles quoq; indutoriæ con-
tinebuntur.

66 Veste virili legata, ea tātummodò
debentur, quæ ad vsum virilem saluo pu-
dore virilitatis attinent. stragula quoq;
huic legato cedunt.

67 Muliebri veste legata, omnia quæ
ad vsum muliebrē spectant debebuntur.

68 Lana legata, siue succida, siue lota
sit, siue pectinata, siue versicoloria, legato
cedit. Purpura verò aut stagmen subte-
gménue, hoc nomine non continentur.

69 Mundo muliebri legato, ea cedunt
per quæ mundior mulier lautiórq; effici-
tur, velut speculum, cōchæ, situlę, etiam* * item.
pixides, vnguentum & vasa in quibus ea
sunt. Item sella balnearis, & cætera hu-
iusmodi.

70 Ornamentis legatis eá cedunt,
per quæ ornatior efficitur mulier, veluti
anuli, catenæ, reticula, & cætera quibus
collo vel capite vel manibus mulieres or-
nantur.

71 Argento legato, massæ tantummo-
dò debebuntur. Vasa enim quæ proprio
nomine separantur, legato non cedunt:
quia nec lana legata, vestimenta debe-
buntur.

72 Vasis argenteis legatis, ea omnia cō-
tinētur, quę capacitati alicui parata sunt.

& ideò tam potoria, quã escaria: itẽ ministeria omnia debebũtur: veluti vrsceoli, paterae, * lances, piperatoria, cochlearia quoque, item truttę, calices, sciphi, & his similia.

* patinae

73 Libris legatis, tam chartae, volumina, vel membranae, & philidae continentur: codices quoque debentur: librorum enim appellatione non volumina chartarum, sed scripturae modus, qui certo fine concluditur, aestimatur.

74 Auro legato gẽmę quoq; inclusae, itẽq; margaritę, & smaragdi legato cedũt sed magis est voluntatis esse quaestionẽ, infectũ enim aurum debetur: factũ enim ornamentorum genere continetur.

75 Vasis argenteis legatis, emblemata quoq; ex auro infixa legato cedunt.

76 Argẽto potorio legato, omnia quae ad poculorũ speciem cõparata sunt, debebuntur: veluti paterae, calices, scyphi, vrceoli, oenophoria, & conchae.

77 Carruca cum iunctura legata, mulae quoque legatae, necnon & mulio videtur * propter quotidianam loquendi consuetudinem.

* debetur.

78 Prolatis codicillis vel alio testamẽto quibus ademptum est legatum, vel certè recissum perperàm solutiones * repetuntur.

* solutos.

De mortis causa donationibus.

TITV

TITVLVS X.

1 MORTIS causa donat, qui ad bellum proficiscitur, & qui nauigat, ea scilicet conditione vt si reuersus fuerit, sibi restituatur, si perierit, penes eum remaneat, cui donauit.

2 Donatio mortis causa cessante, & sequente sanitate, & pœnitentia, etiam reuocatur: morte enim tantummodò conualescit.

Ad legem Falcidiam.

TITVLVS XI.

1 EXHAVSTA legatis, aut fideicõmissis, vel mortis causa donationibus hæreditate, auxilio falcidiæ institutus hęres quadrantem retinere potest.

2 Quoties de modo quartæ retinendæ quæritur, proter periculum plus petendi, officio iudicis omnibus æstimatis, quarta facienda est, quæ apud hęredem maneat: aut certè exigenda cautio à legatario, vt quod plus dodrãte percepit, restituat.

3 Ea quæ mater viua filio donauit, in quartam non imputatur.

4 Ex mora præstãdorum fideicommissorum, vel legatorum fructus & vsurę peti possunt. Mora autem fieri videtur cùm postulatum * non datur. * postulanti.

SENTENT. RECEPTA.
Iulij Pau. ad filium lib. iij.
FINIS.

IVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM LIB. QVARTVS.

De fideicommißis.

TITVLVS I.

AB VXORE cui vir dotem prælegauit, fideicommissum relinqui nõ potest: quia nõ ex lucratiua causa testamẽto aliquid capit, sed proprium recipere videtur.

2 A posthumo hęrede instituto fideicõmissum peti potest. *
* dari.

3 Ab Imperatore hærede instituto legatum & fideicommissum peti potest.

4 A surdo vel muto, siue legatum acceperit, siue hæres institutus sit, vel ab intestato successerit, fideicõmissũ relinquitur.

5 Qui fideicõmissum relinquit, etiã cum eo cui relinquit, loq; põt. veluti peto Caij cõtẽtus sis illa re, aut volo tibi illđ ꝑstari.

6 Fideicõmittere ijs verbis possumus. Rogo, peto, volo, mãdo, deprecor, cupio, iniũgo, desidero quoq; & impero: hæc verba vtile faciũt fideicõmissum. Relinquo

verò & commendo, nullam fideicommissi pariunt actionem.

7 Tam nostras res, quàm alienas per fideicommissum relinquere possumus: sed nostræ statim, alienæ autẽ æstimatæ aut redemptæ præstantur.

8 Si alienam rem, tanquàm suam testator relinquat per fideicommissum, nõ relicturus si alienam sciсset: vt solet legatum ita inutile erit fideicommissum.

9 Testator superuiuẽs, si eã rẽ quã reliquerat, vẽdiderit, extinguit fideicõmissũ

10 Codicilli qui testamento confirmati non sunt, adscriptum fideicommissum iure debetur.

11 Filio quibuscũque verbis à patre fideicõmissum relictũ iure debetur: sufficit enim inter coniunctas personas quibuscunque verbis, vt in donatione sit voluntas expressa: & ideò etiam pridie quã moriatur, rectè relictum videtur.

12 In tẽpus emancipationis vel cũ sui iuris erit, fideicõmissum relictũ, quocũq; modo patria potestate liberato debetur.

13 Rogati inuicẽ sibi, si sine liberis decesserint hęreditatẽ restituere, altero decedẽte sine liberis hęreditas ad eũ peruenit, qui superuixit, nec ex eo pacisci contra voluntatem testatoris possunt.

14 Hæres ante aditã hęreditatẽ, legatarius antequàm legatum accipiat, fideicommissum præstare non possunt.

15 Rem fideicommissam si hæres vendiderit, eãq; sciens comparauerit, nihilominus in possessionem eius fideicommissarius mitti iure desiderat.

16 Quoties libertis fideicõmissum relinquitur, ad eos tantũmodò placuit pertinere, qui manumissi sunt, vel qui in eodem testamento libertatem intra numerum legitimum consequuti sunt.

17 Cui ab hęrede fideicommissum non pręstatur, non solùm in res hęreditarias, sed & in proprias hæredis inducitur.

18 Ius omne fideicõmissi non in vẽdicatione, sed in petitione consistit.

De senat. consult. Trebelliano.

TITVLVS II.

1 SENATVSCONSVLTO Trebelliano ꝓspectũ est, ne solus hęres, omnib⁹ hęreditarijs actiõibus oneretur. Ideo quoties hęreditas causa fideicõmissi restituit, actiões eius in fideicõmissariũ transferantur: quia vnicuiq; damnosam esse fidem suam non oportet.

De Senatu. consult. Pegasiano.

TITVLVS III.

1 INTER hæredem & fideicommissarium, cui ex Pegasiano hæreditas restituitur, partis & pro parte stipulatio interponitur: vt hæredi instituto pro quarta actiões, pro cæteris verò portionibus

fidei-

fideicommissario competant.

2 Totã hæreditatẽ restituere rogatus, si quartã retinere nolit: magis est, vt eã ex Trebelliano debeat restituere: tunc enim oẽs actiões in fideicõmissariũ dant̃.

3 Lex Falcidia, itémq; senatusconsultũ Pegasianũ deducto omni ære alieno deorúmq; donis quartã residuæ hæreditatis ad hæredem voluit pertinere.

4 Qui totã hæreditatẽ restituit, cùm quartã retinere ex Pegasiano debuisset. si nõ retineat, repetere eã nõ põt. nec eñ indebitũ soluisse videtur, qui plenã fidẽ defuncto præstare maluit.

Hotom. 8. 6. Sed quia in stit. de fideic. hæ[r].

De repudianda hæreditate.

TITVLVS IIII.

1 RECVSARI hæreditas non tantùm verbis, sed & alio quouis potest iudicio voluntatis.

2 Hæres per magistratus municipales, ex authoritate prçsidis fideicommissario postulante, hæreditatẽ adire & restituere compelletur.

v. Cuiacid. in l. 55. C. de decurionib. lib. 10.

3 Fideicõmissarius, si affirmet hæredẽ nolle adire hæreditatẽ, absente eo interponi decretum, & in possessionem mitti iure desiderat.

4 Suspectam hçreditatem adire cõpulsus, omnia ex Trebelliano restituit.

De inofficiosi querela.

TITVLVS V.

1 INOFFICIOSVM dicitur testamentũ, quod frustrà liberis exhæredatis, nõ ex officio pietatis videtur esse conscriptum.

§. si mater. C. de inoff. test.

2 Post factũ à matre testamentũ, filius procreatus, nõ mutata ab ea cũ posset voluntate, ad exemplũ præteriti inofficiosi querela rectè instituitur.

3 Testamentũ in quo Imperator scriptus est heres, inofficiosũ argui põt: cum enim qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare conuenit.

* non potest.

4 Qui inofficiosam dicere potest * hęreditatem petere non prohibetur.

Hotom. §. 2. instit. de inoffic. testam.

5 Filius ex asse hæres institutus, inofficiosum dicere nõ potest, nec interest, exhausta ne sit hæreditas, cũ apud eũ quarta, aut legis Falcidię, aut senatusconsulti Pegasiani beneficio sit remansura.

6 Quartæ portiõis portio liberis deducto ære alieno & funeris impẽsa pręstanda est, vt ab inofficiosi querela excludantur. libertatis quoque eam portionem minuere placet.

7 Filius in iudicio patris, si minus quarta portione cõsecutus sit, vt quarta sibi à cohæredibus fratribus citra inofficiosi querelam impleatur, iure desiderat.

8 Pactio talis ne de inofficioso testamento dicatur, querelã super iudicio futurã non excludit: meritis enim liberis magis

magis quàm pactionibus astringi placuit

9 Rogatus hæreditatem restituere, & si inofficiosi querelam instituerit, fideicõmisso nõ fit iniuria. Quartam enim solũmodò hæreditatis amittit, quã beneficio senatusconsulti habere potuisset.

10 Hæres institutus habẽs substitutũ, si de inofficioso dixerit, nec obtinuerit, nõ id ad fiscũ, sed ad substitutum pertinebit.

De vicesima.

erat lex iulia de vicesima cuius pre cauebat ut quæ hereditates, legata, et donationes mortis causa ad alienos aut locupletes peruenirent, earum pars vicesima ad fiscum perueniret. Vide Dionem lib. 38. et Hotomann in indice legum R.

TITVLVS VI.

1 TABVLAE testamenti aperiũtur hoc modo, vt testes, vel maxima pars eorum adhibeantur, qui signauerint testamentum, ita vt agnitis signis, rupto lino aperiatur, recitetur, atque ita describendi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archiuum redigatur, vt si quando exemplum eius intercíderit, sit vnde peti posit.

2 Testamenta in municipijs, colonijs, oppidis, præfectura, vico, castello, consiliabulo facta, in foro vel basilica præsentibus testibus vel honestis viris inter * horam secundam & decimam diei recitari debebitur, exemplóque sublato ab ijsdẽ rursus magistratibus obsignato, quorum præsentia constat apertum.

* ante. vide Ant. Aug. lib. 4 emẽdat. c. 19.

3 Testamentorum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit: & ideò quã-

uis ſit reſcriptis variatũ:tamen à præſentibus intra triduum, vel quinque dies aperiẽdę ſunt tabulæ: ab abſentibus quoque intra eos dies, cùm ſuperuenerint. Nec enim oportet teſtamentum hæredibus & legatarijs, aut libertatibus vltra quàm neceſſarium vectigali morã fieri.

De lege Cornelia.

TITVLVS VII.

1 QVI teſtamẽtũ falſum reſcripſerit, recitauerit, ſubiecerit, ſignauerit, ſuppreſſerit, amouerit, reſignauerit, deleuerit pœna legis Corneliæ de falſis tenebitur: id eſt, in inſulã deportatur.

2 Non tantùm is qui teſtamentum ſubiecit, ſuppreſit, deleuit, pœna legis Corneliæ coercetur, ſed & is qui ſciẽs dolo malo id fieri iuſsit, faciendúmque curauit.

3 Teſtamentum ſupprimit, qui ſciens prudénſq; tabulas teſtamẽti, in fraudem hæredum vel legatariorum fideiue cõmiſſorum, aut libertatum non profert.

4 Supprimere tabulas videtur, qui cum habeat, & proferre poſsit, eas proferre non curauit.

5 Codicilli quoque ſi lateant, nec proferantur, ſupprimi videbuntur.

9 Aedicto perpetuo cauetur, vt ſi tabulæ teſtamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito, intra annum agi poſsit, ad quod * exhibendum compelli

Cuiacius de diuers. temp. præ. cr. c. 20.
* quo ad.

compellitur, qui ſupprimit. Tabularũ au-
tem appellatione, chartę quoque & mam
branæ continentur.

De inteſtatorum ſucceßione.

TITVLVS VIII.

1 INTER agnatos & cognatos hoc
intereſt: quia in agnatis etiã cognati cõ-
tinentur, inter cognatos verò agnati non
comprehenduntur, & ideò patruus, & a-
gnatus eſt & cognatus: auunculus autem
cognatus tantummodò. * vel.

2 Si ſunt fratres defuncti, & * fratris
filij vel nepotes, fratre non exiſtente, fi-
lius fratris nepoti præfertur.

3 Fœminæ ad hæreditates legitimas vl
tra conſanguineas ~~ſucceſsiones~~ non ad-
mittuntur, idque iure ciuili, vel voconia
narratione videtur effectum. Cæterùm
lex duodecim Tabularũ nulla diſcretio-
ne ſexus cognatos admittit.

Hotom. ad. L. xii. tab. 3. f. cap. 33. et [illegible] 2. [illegible] 2. p[ri]mis veterum iuriscō sultorum placitis.

4 In hæreditate legitima ſucceſsioni
locus non eſt: & ideò fratre decedẽte, an-
te quàm adeat, aut repudiet hæredita-
tem, fratris filius admitti non poteſt:
quia omiſſa ſucceſsio proximiori de-
fertur.

Hotom. [illegible] [illegible]

5 Ab hoſtibus captus, nec ſui nec le-
gitimi hæredis ius amittit poſtliminio
reuerſus, quod & circa eos qui in inſu-
lam deportantur, vel ſerui pœnæ effe-
cti ſunt, placuit obſeruari, ſi per omnia

in integrum indulgentia principali resti tuatur.

6 Pro hærerede gerere est, destinationi futuri dominij, aliquid ex hæreditarijs rebus vsurpare, & ideò pro hærede gerere videtur, qui fundorum hæreditariorum culturas, rationésque disponit, & qui seruis hęreditarijs, iumentis rebúsue alijs vtitur.

7 Ex pluribus hæredibus, ijsdémque legitimis, si qui omiserint hæreditatem, vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his qui adierunt, vel eorum hæredibus omittentium portiones accrescunt, quod in hærede instituto cum qui acceperat substitutum euenire non poterit: diuersa enim causa est scripti & legitimi.

Hotom. §. 1. inst. de SC. Tertull.

8 Matres tam ingenuę quàm libertinę ciues Romanæ, vt ius liberorum consequutæ videantur ter, & quater, peperisse sufficiet, dummodò viuos & pleni temporis pariant.

9 Quæ semel vno partu tres vel duos filios ædidit, ius liberorum non consequitur: non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur, nisi fortè per interualla pariat.

l. 14. Non sunt liberi. ff. de stat. hom. et vi de Ant. Aug. lib. 1. c. 7.

10 Mulier si monstruosum aliquid aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit: non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis conuerso more procrean-

creantur.

11 Partum qui membrorum humanorum officia duplicauit: quia hac ratione aliquatenus videtur effectum, matri prodesse placuit.

12 Septimo mēse natus, matri prodest: ratio enim Pytagorei numeri hoc videtur admittere, vt aut septimo pleno, aut decimo mēse, partus maturior videatur.

13 Aborsus & abactus venter partum efficere non videtur.

Cuiacius de diuers. temp. præscr. c. 19.

14 Libertina vt ius liberorum consequi posit, quater eam peperisse, vt ingenuam sufficit.

Ad senatusconsult. Tertulianum.

TITVLVS IX.

1 LATINA ingenua ius Quiritum consecuta, si ter pepererit, ad legitimam filii hæreditatem admittitur: non est enim manumissa.

2 Ius liberorum mater habet, quæ tres filios aut habet, aut habuit: aut neq; habet neque habuit. habet cui supersunt, habuit quæ amisit, neque habet neq; habuit, quæ beneficio principis ius liberorum consecuta est.

De gradibus.

TITVLVS X.

1 PRIMO gradu ſuperiori linea cõtinetur, pater mater: inferiori, filius filia, quibus nullæ aliæ perſonæ iunguntur.

2 Secundo gradu cõtinentur ſuperiori linea, auus auia: inferiori, nepos neptis: transſuerſa, frater ſoror, quę perſonę duplicãtur. Auus enim & auia, tam ex patre quàm ex matre: nepos neptis, tam ex filio quàm ex filia, frater, ſoror, tam ex patre quàm ex matre accipiũtur, quæ perſonæ ſequẽtibus quibuſcũque gradibus, ſimiliter pro ſubſtãtia earúmq; in quocunque, * gradu conſiſtunt ipſo ordine duplicantur.

* quoquo

3 Tertio gradu veniũt ſuprà proauus proauia: infrà pronepos proneptis: ex obliquo fratris ſororíſque filius filia, patruus amita, id eſt, patris frater & ſoror. Auunculus matertera, id eſt, matris frater & ſoror.

4 Quarto gradu veniũt ſuprà abauus abauia: infrà abnepos abneptis: ex oblico fratres & ſorores, nepos neptis, patruelis, ſoror, patruelis, id eſt, patrui filius, filia. Conſobrinus conſobrina, id eſt, auunculi & materteræ, filius filia, amitinus, amitina, id eſt, amitæ filius filia. Itẽque conſobrini qui ex duabus ſororibus naſcuntur, quibus accreſcit patruus magnus, amita magna, id eſt, aui paterni frater & ſoror. Auunculus magnus & matertera

tertera magna, id eſt, auiæ tam paternæ quàm maternæ frater & ſoror.

5 Quinto gradu veniunt ſuprà quidem atauus atauia: infrà abnepos abneptis: ex oblico fratres & ſorores. Pronepos proneptis. fratres patrueles, ſorores patrueles, amitini amitinæ, conſobrini conſobrinæ, filius filia, propius ſobrinus, ſobrina, id eſt, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnę filius filia, hijs * accreſcunt propatruus proamita, hij ſunt proaui materni frater & ſoror. proauunculus promatertera, hi ſunt pro auiæ paternæ maternæq; frater & ſoror, proauíque materni.

* hic.

6 Sexto gradu veniunt ſuprà tritauus tritauia: infrà trinepos trineptis: ex obliquo fratris & ſororis abnepos abneptis, fratres patrueles, ſorores patrueles, amitini amitinæ, conſobrini conſobrinæ, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnę, nepos neptis. Pro prioris ſobrini filius filia, qui conſobrini appellantur, quibus à latere accreſcunt, propatrui proamitæ, proauunculi promaterteræ filius filia. Adpatruus adamita hij ſunt aui materni * frater & ſoror. abauunculus abmatertera, hij ſunt abauiæ paternæ maternæque frater & ſoror, abauíq; materni.

* abaui paterni

7 Septimo gradu ſunt cognati recta linea ſuprà infra proprijs nominibus non

appellantur:ſed ex tranſuerſa linea con-
* abnepotes tinētur,fratres ſororéſque adnepotes, *
adneptes,conſobrini filij filiæque.

8 Succeſsionis idcirco gradus ſeptem conſtituti ſunt: quia vlterius per rerum naturam, nec nomina inueniri, nec ciuiliter vita ſuccedentibus prorogari poteſt.

De manumißionibus.

TITVLVS XI.

1 SERVVM communem vnus ex dominis manumittendo latinum facere non poteſt, nec magis quàm ciuem Romanum, cuius portio eo caſu quaſi proprius eſſet,& ad ciuitatem Romanā peruenerit ſocio accreſcit.

2 Mutus & ſurdus ſeruum vindicta li-
* vero berare nō poſſunt,inter amicos tamen *
& per epiſtolam manumittere non prohibentur:vt autem ad iuſtam libertatem peruenire conditione venditionis excipi poteſt.

* ſubiectus 3 Tormentis apud Præſidē ſubditus *
& de nulla culpa confeſſus, ad iuſtam libertatem perduci poteſt.

4 Fideicommiſſa libertas data, facto hęredis non mutatur, ſi ſeruus quem manumittere iuſſus eſt,vinxerit.

5 Communem ſeruum vnus ex ſocijs vincien-

vinciendo futuræ libertati non nocebit. Inter pares enim sententias, clementior seuiori præfertur, vt certè humanę ratio nis est, fauore miserijs & propè innocentes dicere, quos absolutè nocentes pronuntiare non possunt.

6 Debitor creditórue seruum pignoris vinciendo dedititium facere non possunt alter enim sine altero causam pignoris deteriorem facere non potest.

7 Seruus furiosus domini, vel pupilli iussu vinctus de dedititiorũ numero non efficitur, quia neque furiosus nec pupillus exacti consilij capax est.

8 Non tantùm si ipse dominus vinciat, nocet libertati: sed & si vinciri iubeat, aut vincientis procuratoris actorísue factum comprobet, quod si antequàm sciret vinctum solutionis eius causas approbauerit, libertati futurę vincula non nocebunt.

9 Cæco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

De fideicommissis libertatibus.

TITVLVS XII.

1 Ea conditione hæres institutus, si liberos suos emancipauerit omnimodis eos cogendus est emancipare: pro conditione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta.

2 Decedente eo à quo fideicommissa libertas relicta est, hæredes eius eam præstare cogendi sunt.

3 Si decedens seruis suis libertatem ita dederit. Illum & illum liberos esse volo, eósque filijs meis tutores do, impeditur fideicommissa libertas, quia pupilli sine tutoris authoritate manumittere nō possunt: & habētibus tutores, turor dari nó potest: sed interim vice absentium, pupilli habebantur, vt ex decreto amplissimi ordinis, primum libertas, ac deinde tutela competere posfit.

Ad legem Fusiam caninam.

TITVLVS XIII.

1 NOMINATIM serui testamento manumittuntur secundum legem Fusiā. Nominatim autē manumittere intelligitur hoc modo. Stichus liber esto: cú autem obsonatorē vel qui ex ancilla nascitur liberum esse volo. ex Orficiano senatusconsulto perinde libertas competit ac si nominatim data sit. officiorum enim & artium appellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi fortè plures sint, qui eo officio designentur: tunc enim nomen adiungendum est, vt eluceat de quo testator sensisse videatur.

2 Codicillis testamento confirmatis datæ libertates, cum his quæ tabulis testamenti datæ sunt, cōcurrunt, & siue antecedant

cedant siue sequantur, testamentum nouissimo loco adhibetur: quia ex testamẽto vtræque confirmantur.

3 Quoties numerus seruorum propter legem Fusiam caninam ineundus est, fugitiui quoque, quorum semper possessio animo retinetur, computandi.

4 Lege Fusia canina cauetur, vt certus seruorum numerus testamento manumittatur: subductis igitur à duobus vsque ad decem pars dimidia, à decem vsque ad triginta pars tertia, vsque ad centum pars quarta, à centum vsque ad quingentos pars quinta, plures autem quàm centum ex maiori numero seruorum manumitti non licet.

SENTENTIARVM REceptarum ad filium Iulij Pau. lib. quarti

FINIS.

IVLII PAVLI
SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM LIB. QVINTVS.

De liberali causa.
TITVLVS I.

QVI cõtemplatione extremæ necessitatis, aut alimentorũ gratia filios suos vendiderint: statui ingenuitatis eorum non prçiudicant: homo enim liber nullo pretio æstimatur, id est, nec pignori ab his, aut fiduciæ dari possunt: ex quo facto sciens creditor deportatur: operæ tamen eorum locari possunt.

2 Veritati & origini ingenuitas manumissio quocunq; modo facta fuerit, non præiudicat.

3 Descriptio ingenuorũ ex officio fisci inter fiscalem familiam facta ingenuitati non præiudicat.

4 Qui metu aut impressione alicuius terroris apud acta prçsidis seruum se esse mentitus est, posteà statum suum defendenti

denti non præiudicat.

5 Post susceptum liberale iudicium, si assertor causam deseruerit, in aliũ assertorem omne iudicium trãsferri placuit: in priorem verò quòd prodendæ libertatis gratia factum est, extra ordinem vindicatur. non enim oportet susceptam status causam nulla cogente necessitate, destitui.

De vsucapione.

TITVLVS II.

1 POSSESSIONEM acquirimus & animo & corpore. animo vtique nostro: corpore vel nostro, vel alieno: sed nudo animo adipisci quidem possessionẽ non possumus, retinere tamen nudo animo possumus, sicuti in saltibus hibernis æstiuisque contingit.

2 Per liberas personas quæ in potestate nostra nõ sunt, acquiri nobis nihil potest: sed per procuratorem acquiri nobis possessionem posse, vtilitatis causa receptum est. Absente aũt domino cõparata, non aliter ei quàm si rata sit, quæritur.

3 Longi autem tẽporis præscriptio inter præsentes continuo decennij spatio, inter absentes vicennij comprehẽditur. Ræuardus in Triboniano. cap. 6.

4 Viginti annorum præscriptio etiam aduersus Rempublicam prodesse ei, qui iustum initiũ possessionis habuit, nec medio tẽpore interpellatus est, actio tamen

quanti eius intereſt aduerſus eos Reipublicæ datur, qui ea negotia defendere neglexerunt.

5 Si poſt motam intra tempus quęſtionem res ad nouum dominum emptione tranſierit, nec is per viginti annos fuerit inquietatus, euelli ei poſſeſsionem non oportet.

De hijs quæ per turbam fiunt.

TITVLVS III.

1 IN eos qui per turbam ſeditionem damnum alicui dederint, damnúmue curauerint: ſi quidẽ res pecuniaria eſt, æſtimatione dupli ſarcitur. quod ſi ex hoc corporis alicuius vitæ, mẽbríſue noceatur, extra ordinem vindicatur.

2 Quicquid ex incendio, ruina, naufragio, nauíq; expugnata, raptũ, ſuſceptum, ſuppreſsúmue fuerit, eo animo in quadruplum eius rei quã quis ſuppreſſerit, celauerit, rapuerit conuenitur: poſtea verò in ſimplum.

3 Illi, qui ædes aliquas alienas, villáſue expoliauerint, effregerint, expugnauerint: ſiquidem id turba cũ telis coacta fecerint, capite puniũtur. Telorum autem appellatione, omnia ex quibus ſaluti hominis noceri poſsit, accipiuntur.

4 Receptores aggreſſorum, itémq; latronũ eadem pœna afficiũtur, qua ipſi latrones: ſublatis enim ſuſceptoribus, graſſantium

ſentium cupido conquieſcet.

5 Fures vel latrones balnearum, plerũque in metallum, aut in opus publicum damnantur: nam nonnunquam pro frequentia admiſſorum, iudicãtis ſententia temperatur.

6 Incendiarij qui conſultò incendium inferũt, ſummo ſuplicio afficiũtur, quòd ſi in curia eorũ ignis euaſerit, dupli compẽdio damnũ huiuſmodi ſarciri placuit.

De iniurijs.

TITVLVS IIII.

1 INIVRIAM patimur, aut in corpus, aut extra corpus, conuicijs, & famoſis libellis. quod ex affectu vniuscuiusq; patientis, & facientis æſtimatur.

2 Furioſus, itémq; infans, affectu doli, & captu contumeliæ carent: idcirco iniuriarum agi cum hijs non poteſt.

3 Si liberis, qui in poteſtate ſunt, aut vxori fiat iniuria, noſtra intereſt vindicare: idcóque per nos actio inferri poteſt. Si modo is qui fecit, in iniuriam noſtram id feciſſe doceatur.

4 Corpori iniuria infertur, cùm quis pulſatur, cũque ſtuprum infertur, aut de ſtupro interpellatur, quæ res extra ordinem vindicatur. Ita vt pulſatio pudoris pœna capitis vindicetur.

5 Solicitatores alienarum nuptiarum, itémque matrimoniorum interpellatores, & ſi effectu ſceleris potiri nõ poſſunt propter voluntatem pernitioſæ libidinis extra ordinem puniuntur.

6 Iniuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto iure introducta eſt. lege duodecim tabularum de famoſis carminibus membris ruptis, & oſsibus fractis. Moribus, quoties factum pro qualitate ſui, arbitrio iudicis æſtimatur, congruentis pœnæ ſuppoſitio vindicatur. Mixto iure, iniuriarum actio ex lege Cornelia conſtituitur, vt quoties quis pulſatur, vel cuius domus introitur ab hijs quivulgò Decrectarij appellantur.

Vide in hunc locum Hotomannum ad l. xii. tab. [illegible] §. 6. instit. de iniurijs.

7 In quos extra ordinem animaduertitur, ita vt priùs ingruentis conſilium pro modo cõmentæ fraudis pœna vindicetur exilij aut metali, aut operis publici

8 Iniuriarum ciuiliter damnatus, ciúſque æſtimationem afferre iuſſus, famoſus efficitur.

9 Atrox iniuria æſtimatur, aut loco, aut tempore, aut perſona. loco, quoties in publico irrogatur. Tempore, quoties interdiu. Perſona, quoties Senatori, vel equiti Romano decurioni, vel aliàs ſpectatæ authoritatis viro, & ſi plebeius, vel humili loco natus ſenatori vel equiti Romano, Decurioni vel Magiſtratui, vel ædili, vel iudici quilibet horum, vel ſi hijs

his omnibus plebeius.

10 Qui per calumniam iniuriæ actionẽ instituit, extra ordinẽ punitur: oẽs enim calũniatores exilij, vel insulæ relegatione, aut ordinis amissione, puniri placuit.

11 Iniuriarum non nisi præsentes accusare possunt: crimen enim quod vindictæ aut calumnię iudicium expectat per alios intendi non potest.

12 Fit iniuria cõtra bonos mores: veluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, ceno, luto, oblinuerit, aquas spurcauerit, fistulam, lacus, quídue aliud in iniuriã publicam contaminauerit, in quos grauiter adnimaduerti solet.

13 Qui puero prętextato stuprũ, aliúdue flagitium, abducto ab eo vel corrupto comite persuaserit, mulierem puellámue interpellauerit, quídue corrumpendę pudicitiæ gratia fecerit, domum præbuerit, pretiúmue quo id persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite punitur: imperfecto in insulam deportatur, corrupti comites summo supplicio afficiuntur.

l. 1. ff. de extord. crim. vbi aliquid mutauit Tribonianus. vide Ant. Aug. lib. 3. emẽd. cap. 9.: sic l. auxiliũ. de minor. l. qui domũ ad l. iul. de adult. quãuis Aug. legit donum.

14 Qui carmen famosum in iniuriam alicuius vel alia quælibet cantica, quo agnosci posit cõposuerit, ex authoritate amplissimi ordinis in insulã deportatur. Interest enim publicæ disciplinæ opinionem vniuscuiusque turpi carminis infamia vindicare. Carmen facit non tantùm qui satyras & epigrammata, sed illegiti-

mam insectandi alicuius causam quidue aliud alio genere componit, de ratione & de personarum dignitate nihil caue-tur: quoniam omnimodò deformanda est eius persona contra quem venimus: sed in hoc modo quidem & ratio adhibenda est: æstimatio enim etiam hoc modo læditur.

15 Psalterium quod vulgò dicitur canticum in alterius infamiam compositum, & publicè cantatum, tam in eos qui hoc cantauerint, quã in eos qui cõposuerint, extra ordinẽ vindicatur. eo acriùs si personæ dignitas ab hac iniuria defendenda sit.

16 In eos authores qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem vsque ad relegationem insulæ vindicatur.

17 Conuitium iudici ab appellatoribus fieri nô oportet: alioqui infamia notãtur

18 Maledictum itémq; conuitium publicè factum ad iniuriæ vindictam reuocatur, quo facto cõdemnatus infamis efficitur.

19 Non tantùm is qui maledictum aut conuitium ingesserit, iniuriarum conuictus famosus efficitur: sed & is cuius ope consiliǒue factum esse dicitur.

20 Conuitium contra bonos mores fieri videtur, si obsceno nomine, aut inferiore parte corporis nudatus aliquis insectatus sit,

tus ſit, quod factũ contẽplatione morum aut cauſa publicæ honeſtatis vindictam extraordinariæ vltionis expectat.

21 Seruus qui iniuriã aut contumeliam fecerit: ſiquidem actorẽ in metalũ damnatur, ſi verò leuem, flagellis cæſus, ſub pœna vinculorum temporalium domino reſtituitur.

De effectu ſententiarum et fine litium.

TITVLVS V.

1 RES iudicatæ euidenter ab his qui imperium poteſtatémq; habent vel qui ex authoritate eorũ inter partes dantur. Itémq; magiſtratus municipales vſq; ad ſummã quã ius dicere poſſunt. itémq; ab his qui ab Imperatore extra ordinẽ petũtur. Ex cõpromiſſo autem iudex ſumptus rem iudicatam nõ facit, ſed ſi pœna inter eos promiſſa ſit, pœna rei in iudiciũ deductæ ex ſtipulato peti poteſt

2 Confeſſi debitores pro iudicatis habentur: ideóq; ex die confeſſionis tẽpora ſolutionis præſtituta computantur.

3 Confiteri quis in iudicio non tantùm ſua voce, ſed & literis, & quocunq; modo poteſt: conuinci autem non niſi ſcriptura & teſtibus poteſt.

4 Eorum qui debita confeſſi ſunt, pignora capi & diſtrahi poſſunt.

5 Ea quæ altera parte abſente decernũtur * vim rerũ iudicatarum non obtinẽt.

* diſcernũtur

6 Trinis literis vel ædictis aut vno pro omnibus dato aut trina denuntiatione conuentus, niſi ad iudicem à quo* ſibi denuntiatum eſt, aut cuius literis vel ædicto conuentus eſt, venerit, quaſi in contumacem dicta * ſententia authoritatem rerum iudicatarum obtinet, quinimò nec appellari poteſt ab ea.

* ad quem.
* data.

7 Quoties in contumacem fuerit iudicatum: ab ea ſententia, quæ aduerſus contumaces data eſt, nec appellari, nec in duplum * reuocari poteſt.

* aliâs dubiũ.

8 Res olim iudicata per longum ſilentium in iudicium deduci non poteſt, nec eo nomine in duplum * reuocari: longum autem tempus exemplo longè præſcriptionis decennij inter præſentes, & inter abſentes vicennij.

* aliâs dubiũ.

9 In cauſa capitali abſens nemo damnatur, nec abſens per alium accuſare, aut accuſari poteſt.

10 Falſis inſtrumẽtis religio iudicis circunducta, ſi iam dicta ſententia, priùs de crimine admiſſo cõſtiterit, eius cauſæ inſtauratio iure depoſcitur.

De interdictis.

TITVLVS VI.

1 RETINENDAE poſſeſsiõis gratia cõparata ſunt interdicta, per quę eam poſſeſsio-

possessionē quam iam habemus ...
volumus: quale est, vti posſidetis * de rebus ſoli, & vtrum vi de re mobili: & in priore quidē is potior eſt, qui rem * interdicti tēpore nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario poſsidet. in altero verò potior eſt, qui maiore parte anni retrorſum numerati, nec vi, nec clam, nec precario poſsidet.

* vti poſsidetis de rebus ſolidis, & vtrū vi de re mobili.

* reddidit.

2 Vt interdictum ita & actio proponitur, ne quis via publica aliquem prohibeat. Cuius rei ſolicitudo ad viarum cultores * pertinet, à quarum munitione nemo exemptus eſt. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo cōmeātes impediātur, demolito opere cōdemnatur.

* curatores

De interdicto vtrum vi.

Lege. de interdicto Vtrubi. Ant. August. lib. 1. emēdat. c. 11.

TITVLVS VII.

1 NON tantùm ſi ipſe dominus poſſeſsionis deijciatur, vtile interdictū eſt: ſed etiam ſi familia eius: familiæ aūt nomine etiam duo ſerui continentur.

2 Vi deijcitur non tantū qui oppreſſus multitudine, aut fuſtiū, aut telorū, aut armorū metu terretur: ſed & is qui violentiæ opinione cōperta poſſeſsione ceſsit, ſi tamen aduerſarius eam ingreſſus ſit.

3 De naui vi deiectus hoc interdicto experiri non poteſt: ſed vtilis ei actio de rebus recuperandis, exemplo de vi bonorum raptorum datur. Idémque de eo

dicendo... ... carruca aut equo deijcitur, quibus non abductis iniuriarum actio datur.

4 Vi deiectus videtur & qui in prędio vi retinetur, & qui in via territus est, nec ad fundum suum accederet.

5 Qui vi, aut clam, aut precario possidet, ab aduersario impunè deijcitur.

6 Ex rebus vi possessis, si aliquę res arserint, vel serui decesserint: licet id sine dolo eius, qui deiecit, factum sit, æstimatione tamen condemnandus est: quia * ita voluit adipisci rem iuris alieni.

* qui

7 Si inter vicinos ex communi riuo aqua ducatur, induci priùs debet ex hijs vicibus, quibus à singulis duci consueuit. ducenti autem vis fieri prohibetur. alienam autem aquam vsurpanti, nummaria pœna irrogatur, cuius rei cura ad solicitudinem pręsidis spectat.

8 Redditur interdicti actio, quę proponitur ex eo, vt quis quod precarium habet, restituat: nam & ciuilis actio huius rei sicut commodati * competit, eo vel maximè, quod ex beneficio suo vnusquisque iniuriam pati non debet.

* cõmendati

9 Precario possidere videtur, non tantùm qui per epistolam, vel quacunque alia ratione hoc sibi cõcedi postulauit: sed & is qui nullo voluntatis iudicio, patiẽte tamen domino, possedit.

10 Hæres eius qui precariam possessionem tene-

nem tenebat. si in ea manserit, magis dicendum est clam id videri possedisse: nullæ enim præces eius videntur adhibitæ, & ideo persecutio eius rei semper manebit, nec interdicto locus est.

11 Arbor quę in alienas ædes, vel in vicini agrum imminet, nisi à domino sublucari non potest, isque conueniendus est, vt eum sublucet, quod si conuentus dominus, id facere noluerit, à vicino luxuries ramorum compescatur, idque qualiscunque dominus facere non prohibetur.

12 Aduersus eum qui hominē liberum vinxerit, suppresserit, incluserit, operámue vt id fieret dederit, tam interdictum quàm legis Fabiæ super ea re actio redditur. & interdicto quidem id agitur, vt exhibeatur is, qui detinetur. lege autem Fabia vt etiam pœna nummaria coërceatur. * — * addicatur.

13 Bene concordans matrimonium separari à patre Diuus Pius prohibuit: itē que à patrono libertum: à parentibus filium filiámque: nisi fortè quæratur vbi vtiliùs morari debeat.

14 Omnibus bonis quę habet, quęque habiturus est, obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea quæ in vsu quotidiano habet, obligantur: ideóque de hijs nec interdictum redditur.

De obligationibus.

TITVLVS VIII.

1 OBLIGATIONVM firmandarum gratia ſtipulationes inductę ſunt, quæ quadam verborum ſolemnitate concipiuntur. Et appellatæ quod per eas firmitas obligationum conſtringitur: ſtipulum enim veteres firmum appellauerũt.

2 Verborum obligatio inter præſentes nõ etiam inter abſentes cõtrahitur. Quod ſi ſcriptum fuerit in inſtrumento promiſiſſe aliquem, perinde habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit.

3 Fructuarius ſeruus ſi quid ex re fructuarij, aut ex operis ſuis acquiret, ad fructuarium pertinet: quicquid autem aliundè, vel ex re proprietaria acquiret, domino proprietatis acquiret.

4 Cùm facto promiſſoris res in ſtipulatum deducta intercidit, perinde agi ex ſtipulato poteſt, ac ſi ea res extaret. Ideò promiſſor æſtimatione eius punitur: maximè ſi in dolum quoque eius concepta fuerit ſtipulatio.

De nouationibus.

TITVLVS IX.

1 NON ſolùm per noſmetipſos nouamus, quod nobis detur: ſed per eos etiam per quos ſtiupulare poſsimus: veluti, per

fili um fa

filiumfamiliâs, vel per ſeruum iubẽdo vel ratum habendo. procurator quoque noſter ex iuſſu noſtro receptum eſt vt noua re poſsit.

De ſtipulationibus.
TITVLVS X.

1 SVBSTITVTVS heres ab inſtituto, qui ſub cõditione ſcriptus eſt, vti liter ſibi inſtitutum hac ſtipulatione cauere compellitur, ne petita bonorum poſſeſsione, res hæreditarias diminuat: hoc enim caſu ex die interpoſitæ ſtipulationis duplos fructus præſtarę compellitur: huius enim præiudicium à ſuperiore differt, quo quæritur, an ea res de qua agitur, maior ſit centum ſeſtertijs: ideóq; in longiorem diem concepit.

2 Ex die accepti iudicij dupli fructus cõputantur, & tam dantes quàm accipiẽtes hæredes quoq; eorum, procuratores, cognitorúmque perſonæ, itémq; ſponſores eadẽ ſtipulatione cõprehenduntur, eorũ quoq; quorum nomine promittitur.

3 Quoties iudicatum ſolui ſtipulatione ſatiſdatur, omiſſa eius actio rei iudicatæ perſecutionẽ non excludit.

4 Emancipati liberi præteriti, ſi velint ſe miſcere paternæ, & cum his qui in poteſtate remanſerint, communis patris diuidere hæreditatẽ, atq; bonorum poſſeſſionem poterunt, de conferendo cauere

i. in annos decem. Cuiacius. de diuers. tempor. p̃scr. c. 26.) vide Hotoman[...] ad [...] lib. 3. [...] c. 69.

cum ſatisdatione debebunt: quod ſi ſatiſdare non poſſunt, ſtatim ex fide bonorũ coufuſionẽ, excepto peculio caſtrenſi facere cogendi ſunt.

De contrahenda authoritate.

TITVLVS XI.

1 OB METVM impendentis dãni vicinus vicino ſatiſdare debet additis ſponſoribus ſuper eo quod damni acciderit de communi pariete vtilitatis cauſa hoc cœpit obſeruari, vt ædificet quidem cui ædificari intereſt, cogatur verò ſocius portionis ſuæ impenſas agnoſcere.

De donationibus.

TITVLVS XII.

1 SPECIES extra dotem à matre in honorem nuptiarũ, pręſente filia genero traditę donationẽ perfeciſſe videtur.

2 Probatio traditę vel non traditæ poſſeſsionis, non tam in iure, quàm in facto conſiſtit: ideóq; ſufficit ad probationem ſi rem corporaliter teneant.

3 Pater ſi filiofamiliâs aliquid donauerit: & in ea voluntate perſeuerans deceſſerit: morte patris donatio cõualeſcit.

4 Cùm vnius rei in duos donatio confertur: potior eſt ille cui res tradita eſt: nec intereſt, poſterior quis an prior acceperit, & acceptæ necne perſonæ ſint.

Inuitus

5 Inuitus donator de euictione rei donatę promittere non cogetur: nec eo nomine si promiserit, oneratur: quia lucratiuæ rei possessor ab euictionis actione ipsa iuris ratione depellitur.

6 Ei qui aliquem à latrunculis vel hostibus eripuit, in infinitū dare * non prohibetur: si tamen donatio & non merces eximij laboris appellanda est: quia contemplatione salutis certo modo æstimari non placuit. * donare.

De iure fisci & populi.

TITVLVS XIII.

1 EIVS bona qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem cōsciuit, fiscus vendicat. Quod si id odio * vitæ, aut pudore æris alieni, vel valetudinis alicuius impatientia hoc admisit, non inquietabuntur, sed ordinaria succeſsio relinquitur. * tedio.

2 Ei etiam velut indigno aufertur hæreditas, qui affinem vel cognatum, cui ipse ab intestato successurus erat testamentū facere prohibuit, aut ne iure subsisteret operam dedit.

3 Si pater vel dominus id testamentum quo filius eius vel seruus hæredes instituti sunt, aut legatum acceperunt, falsum redarguant, nec obtineant, fisco locus est.

4 AEtati eius qui accusat testamen-

tum si non obtineat, succurri solet, in id quod ita amisit: maximè si tutoris aut curatoris consilio actio instituta sit.

De fisci aduocato.

TITVLVS XIIII.

1 IN EA prouincia ex qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur, ne aut gratiosus, aut calumniosus apud suos esse videatur.

2 Quoties sine authoritate iudicati officiales alicuius bona occupant, vel describunt, vel sub obseruatione esse faciunt additto * procuratore, iniuria summouetur: vt * rei huius authores ad præfectos prætorio puniendi mittantur.

* adito.
* et.

3 Litem in perniciem priuatorum fisco donari non oportet, nec ab eodem donata suscipi

4 Ex nuda policitatione nulla actio nascitur: ideóque bona eius, qui se hæredem imperatorem facturum esse iectauerat, à fisco occupari non possunt.

5 Priuilegium fisci est, inter omnes creditores primum locum tenere.

6 Quicunque à fisco cōuenitur, non ex indice vel exemplo alicuius scripturæ, sed ex authenticis conueniendus est, & si contractus fides posit ostendi. Cæte-

rùm ca-

rùm calumniosam scripturam vim iustæ petitionis in iudicio obtinere non conuenit.

7 Eius bona qui falsam monetam percussisse dicitur, fisco vendicantur. quod si serui ignorante domino, id fecisse dicantur: ipsi quidem summo supplicio afficiuntur, domino tamen nihil aufertur. quia peiorem domini causam serui facere (nisi fortè scierit) omninò nõ possunt.

De Delatoribus.

TITVLVS XV.

1 OMNES omninò deferre alterũ & causam pecuniariam fisco nũtiare prohibentur, nec refert mares istud an fœminæ faciant, serui an ingenui, an libertini, an suos, an extraneos, deferant: omni enim modo puniuntur.

2 Serui fiscales qui causam domino prodere, ac nuntiare contendunt, deferre non videntur: subornati sanè reum prodere coguntur: ne * quod per se non potest, per alium deferat: perinde autem subornatores ac delatores puniuntur. * qui

3 Damnati serui siue post sententiam, siue ante sententiam dominorum facinora confessi sint, nullo modo audiẽtur, nisi fortè res deferant maiestatis.

De quæstionibus habendis.

TITVLVS XVI.

1 IN criminibus eruendis quęstio quidem adhibetur: sed non statim à tormentis incipiendum est: ideóque priùs argumentis quærendum est. & si suspitione aliqua reus arguatur, adhibitis tormentis, de socijs & de sceleribus suis confiteri compellitur.

2 Vnius fascinoris plurimi rei, ita audiendi sunt, vt ab eo primum incipiatur, qui timidior & teneræ ætatis esse videatur.

De testibus.

TITVLVS XVII.

1 SVSPECTVS gratiæ testis ex eis vel maximè quos accusator de domo produxerit, vel vitæ vilitas * infamauerit, interrogari nõ placuit. in teste enim & vitę qualitas expectari debet, & dignitas.

* humilitas

2 In affinẽ vel cognatũ inuiti testes interrogari non possunt.

3 Aduersus se inuicẽ parẽtes & liberi, itémq; libertini, nec volẽtes ad testimonium admittendi sunt: quia veritatis testimoniũ necessitudo personarũ plerunque corrumpit.

4 Testes cùm de fide tabularum nihil dicitur, aduersus scripturam interrogari non possunt.

5 Illi qui falsò vel variè testimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt, * aut in

* prouiderũt

aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submouentur.

6 In re pecuniaria tormenta, nisi cùm de rebus hæreditariis quæritur, nõ adhibentur: aliâs autẽ iureiurando aut testibus explicantur.

De seruorum quæstionibus.

TITVLVS XVIII.

1 SERVVM de facto interrogari posse ratio æquitatis ostendit: nec enim obesse ei debet, qui per seruum aliquid sine cautione commodatum deponit.

2 Iudex Tutelaris, itémq; Ciuiris, si aliter de rebus hæreditariis, vel de fide generis instrui non possit, poterit de seruis hæreditariis habere quæstionem.

3 Serui alieni in alterius caput, non nisi singuli torqueri possunt: & hoc inuito domino non est permittendum, nisi delator cuius interest, quod intẽdit probare, pretia eorum quãti dominus taxauerit, inferre sit paratus, vel certè deterioris facti serui subire taxationem.

4 Seruo qui vltrò aliquid de domino confitetur, fides nõ accommodatur. Nec enim oportet in rebus dubijs, salutẽ dominorum seruorum arbitrio committi.

5 Seruis in caput domini neque à Præside, neque à procuratore, neque in pecuniarijs, neque in capitalibus causis interrogari possunt.

6 Communis seruus in caput alterius ex dominis torqueri non potest.

7 Qui seruũ ideò comparauit, ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari.

8 Seruus in caput eius dñi à quo distractus est, cuíq; aliquãdo seruiuit, in memoriam prioris dominij interrogari nõ põt.

9 Si seruus ad hoc fuerit manumissus ne torqueatur, quæstio de eo nihilominus haberi non potest. *

* haberi potest.

10 Quæstio eius latronis, quẽ quis obtulit, cùm de eo confiteretur, fide accommodari non conuenit, nisi id fortè velandæ conscientię suę gratia, quam cum reo habuit fecisse doceatur.

11 Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest, nisi ingratum libertũ patronus accuset, aut rei absentia defendatur.

12 Si pecunia data iudici reus absolutus esse dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, ea pœna damnatur, qua reus damnari potuisset.

13 In conuictum reum siue torqueri posit, siue non posit, pro modo admisi sceleris statuendum est.

14 Reis suis ædere crimina accusatores cogẽdi sunt. scire enim oportet quibus sint criminibus responsuri.

De abolitionibus.

Titulus

TITVLVS XIX.

1 POST abolitionem publicam à delatore suo reus intra tricesimum diem repeti potest: postea non potest.

2 Summa supplicia sunt, crux, crematio, decolatio: mediorum * aũt delictorũ pœnæ sunt, metalum, ludus, deportatio: minimè relegatio, exilium, opus publicũ, vincula. sanè qui ad gladiũ dantur, intra annum consumendi sunt. * Mediocriũ.

De abactoribus.

TITVLVS XX.

1 ABACTORES sunt qui vnum equum, duas equas, totidémq; boues, vel capras decẽ, porcos quinq; abigerint, quicquid verò intra hunc numerũ fuerit ablatum, in pœna furti pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum cõuenitur: vel fustibus cæsus, in opus publicũ vnius anni datur, aut sub pœna vinculorum domino restituitur.

2 Si ea pecora de quibus quis litigat, abegerit: ad forum non mittendus est * atque ita conuictus, in duplum vel in triplum furis more damnatur. * renuntiandus est.

De sacrilegijs.

TITVLVS XXI.

1 QVI noctu manu facta prædãdi ac depopulandi gratia templum irrumpunt bestijs obijciuntur: si verò per diem leuè

aliquid de templo abſtulerit, vel deportã tur honeſtiores, vel humiliores in metalum damnantur.

De incendiarijs.

TITVLVS XXII.

1 QVI noctu fructiferas arbores, manu facta ceciderint, ad tempus plerũq; in opus publicum damnantur, aut honeſtiores damnum ſarcire *cogentur, vel curia ſubmouentur, vel relegantur.

* ſubire.

De vaticinatoribus & vaticinationibus & mathematicis.

TITVLVS XXIII.

1 VATICINATORES qui ſe Deo plenos aſsimulãt, idcirco à ciuitate expelli placuit: ne humana credulitate publici mores ad ſpẽ alicuius rei corrũperẽtur: vel certè ex eo populares animi turbarẽtur: ideóq; primò fuſtibus cæſi ciuitate pellantur, perſeuerãtes aũt in vincula publica cõijciuntur, aut in inſulam deportantur, vel certè relegantur.

2 Qui nouas & vſu vel ratione incognitas religiones inducũt, ex quibus animi hominum moueãtur: honeſtiores deportantur, humiliores capite puniuntur.

3 Qui de ſalute principis vel de ſumma reipub. mathematicos, ariolos, aruſpices, vaticinatores cõſulit: cum eo qui reſponderit capite punitur.

Non tan

4 Non tantùm diuinatione quis,sed ipsa sciẽtia eiúsq; libris melius fecerit abstinere, quod si serui de salute dominorũ cõsulerint,summo supplicio,id est,cruce afficiuntur. Consulti autem si responsa dederint,aut in metalũ damnantur, aut in insulam deportantur. * *relegantur.

De seditiosis.

TITVLVS XXIIII.

1 AVTHORES seditiõis & tumultus, vel cõcitatores populi,pro qualitate dignitatis,aut in crucem tollũtur, aut bestijs obijciũtur,aut in insulã deportãtur.

2 Qui terminos effodiunt vel exarant, arborésue terminales euertunt: si quidẽ id serui sua spõte fecerint in metalum damnantur,humiliores in opus publicum,honestiores in insulam amissa tertia parte bonorum relegantur,aut exulare coguntur.

3 Ciues Romani,qui se Iudaicò ritu,vel seruos suos circuncidi patiuntur, bonis ademptis in insulam perpetuò relegantur:medici capite puniuntur. brisson. lib. x. sent. c. 4.

4 Iudęi si alienæ nationis comparatos seruos circunciderint, aut deportantur, aut capite puniuntur.

Ad legem Corneliam de sicarijs & veneficis.

TITVLVS XXV.

1 LEX Cornelia pœnā deportationis infligit eis qui hominē occiderint, eiúsue rei causa furtiuè faciendi cum telo fuerint, & qui venenū hominis necādi causa habuerint, vēdiderint, cōparauerint, falsum testimoniū dixerint, quo quis perierit, mortísue causam prestiterint: ob quæ omnia facinora, honestiores pœnā capitis vindicantur: humiliores verò in crucē tolluntur, aut bestijs obijciuntur.

2 Qui aut venenum aut quodcunq; ingenio vel dolo qualiter homo occidatur excogitauerit, capite puniatur.

3 Qui hominem occiderit aliquādo absoluitur, & qui non occidit, vt homicida damnatur: consilium enim vniuscuiusquè non factum puniēdum est. Ideóq; quicūq; voluntariè occidere voluit, si id causa aliqua perpetrare nō potuerit, vt homicida punietur, & is qui casu iactu teli hominē imprudenter occiderit, absoluitur.

4 Qui latronem cædem sibi inferentē vel aliâs quemlibet stupro occiderit, puniri non placuit: alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit.

5 Iudex qui in caput fortunásq; hominis pecuniam accepit, in insulam bonis ademptis deportetur.

6 Mandatores cædis perinde vt homicidæ puniantur.

7 Si putator ex arbore cum ramū deciderit,

derit,& nõ proclamauerit,vt vitaretur, atq; ita prçteriẽs eius ictu homo perierit,& ſi in legem nõ incurrerit, in metallum damnatur.

8 Qui hominẽ inuitum libidinis, aut mercedis cauſa caſtrauerit,caſtrãdúmue curauerit,ſiue is ſeruus,ſiue liber ſit,capite puniatur, honeſtiores publicatis bonis in inſulam deportantur.

9 Qui abortionis & amatoriũ poculũ dant,& ſi id dolo non faciãt: tamen mali exẽpli res eſt,humiliores in metalũ, honeſtiores in inſulã amiſſa parte bonorum relegãtur,quod ſi ex hoc homo aut mulier perierit,ſummo ſupplicio afficiũtur.

10 Qui ſacra impia nocturnâue obcãtare obligauerint,fecerint,faciẽdáue curauerint,aut cruci ſuffigũtur,aut beſtijs obijciuntur, vel ſi honeſtiores ſint, capite puniuntur.

11 Magicæ artis cõſcios ſummo ſupplicio affici placuit, id eſt, beſtijs obijci,aut crucifigi.ipſi aũt magi viui exuruntur.

12 Libros magicę artis apud ſe neminẽ habere licet,at penes quoſcunq; reperti ſint,bonis adẽptis ambuſtíſq; hijs publicè in inſulã deportãtur, humiliores capite puniũtur. Nõ tantũ huius artis profeſsio ſed etiã ſciẽtia prohibita eſt.

13 Si ex eo medicamine qđ ad ſalutem hominis,vel ad remediũ datũ erat,homo perierit,is qui dederit,ſi honeſtior fuerit

deportetur in insulam relegetur, * humilior autem capite puniatur.

*deportetur

Ad legẽ Pompeiã de parricidijs.

TITVLVS XXVI.

1 LEGE Pompeia de parricidijs, tenetur, qui patrẽ, matrẽ, auum, fratrẽ sororem, patronũ, patronã occiderit, & si antea insuti culeo in mare pręcipitabãtur: hodie tamen viui exuruntur, vel ad bestias dantur.

Ad legem Corneliam testamentariam.

TITVLVS XXVII.

1 LEGE Cornelia testamẽtaria tenetur, qui testamentũ quódue aliud instrumentũ falsum * suppresserit, amouerit, resignauerit, deleuerit, quódue aliud signũ adulterinũ exculpserit, perfecerit, expresserit, amouerit, reseruauerit, quíue nũmos aureos, argenteos adulterauerit, lauerit, cõflauerit, raserit, corruperit, vitiauerit, vultúue principũ signatã monetã, preter adulterinã reprobauerit: honestiores quidẽ in insulã deportãtur: humiliores autẽ, aut in metalũ damnantur, aut in crucẽ tollũtur. serui autẽ post admissum manumissi capite puniuntur.

*insciens dolosè

2 Qui ad falsum testimoniũ perhibendum vel verum non perhibendum pecuniã acceperit, dederit, iudicémue, vt sententiam

tentiã ferret, corruperit, corrumpẽdũm-ue curauerit: humiliores capite puniun-tur: honeſtiores publicatis bonis, cũ ipſo iudice in inſulam deportantur.

3 Iudex qui contra ſacras principũ cõ-ſtitutiões, cõtráue ius publicũ, q̃d apud ſe recitatũ eſt, pronũtiat, in inſulã deportaẽ

4 Qui ratiões, acta, libellos, albũ pro-poſitũ, conteſtatiões, cautiones, chirogra-pha, epiſtolas ſciens dolo malo in fraudẽ alicuius * ręſerit, mutauerit, ſubiecerit, ſubſcripſerit, quídue inaurauerit, argen-tauerit, æs, ſtamnúmue ſubiecerit, falſi pœna coërcetur. * deleuerit

5 Ampliſsimus ordo decreuit, eas tabu-las quæ publici vel priuati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignari, vt in ſummã marginis, ad me-diam partem perforatæ triplici lino con-ſtringantur, atque impoſitum ſuprà li-num ceræ ſigna imprimantur, vt exterio-res ſcripturæ, fide interiori ſeruent: ali-ter tabulæ prolatæ nihil momẽti habẽt.

6 Qui teſtamentum aperuerit, recita-uerit * ſignauerit, pœna legis Corneliç tenebiẽ, & plerũq; aut humiliores in me-talũ, aut honeſtiores in inſulã deportãẽ. * reſignauerit

7 Si quis inſtrumenta vtilitatis ſuæ à procuratore ſuo, vel cognitore aduerſa-rio prodita eſſe conuicerit, tam procura-tor quàm cognitor, ſi humiliores ſint, in metalum damnãtur: ſi honeſtiores adem-

pta dimidia parte bonorũ, in perpetuum relegantur.

8 Qui falsis instrumẽtis, actis epistolis, rescriptis, sciens dolo malo vsus fuerit, pœna falsi coërcetur. Ideóque humiliores in metalum damnantur, honestiores in insulam deportantur.

9 Si quis sibi falsum nomẽ imposuerit, genus, parentésue finxerit, quódue alienum interceperit, possederit, pœna legis Corneliæ de falsis coërcetur.

10 Qui insignibus altioris ordinis vtũtur * si malitia confingunt, quò quem terreant, vel concutiant: humiliores capite puniuntur, honestiores in insulam deportantur.

* malitiâmq; confingunt

11 Si qui de iudicis amicitijs, vel familiaritate, mentientes, euentus sententiarum vendunt, quídue obtentu nominis eius agunt: cõuicti pro modo delicti, aut relegantur, aut capite puniuntur.

Ad legem Iuliam de vi publica & priuata.

TITVLVS XXVIII.

1 LEGE Iulia de vi publica damnatur, qui aliqua potestate præditus ciuem Romanũ, antea ad populũ, nũc imperatorẽ appellantẽ, necarit, necaríue iusserit, torserit, verberauerit, condẽnauerit, in publica vincula duci iusserit: cuius rei pœna, in humiliores capite in honestiores insulę

tes insulæ deportatione coercetur.

2 Hac lege excipiuntur, qui artem ludicram faciunt, iudicati etiam & confessi, qui ideò in carcerē duci iubētur, q̄ ius dicenti non obtemperauerint, quidue contra disciplinam publicam fecerint. Tribuni etiam militum, & præfecti classium, alarúmue, vt sine aliquo impedimento legis Iuliæ, per eos militare delictum coerceri possit.

3 Lege Iulia de vi publica & priuata tenentur, qui quem armatis hominibus possessione, domo, villa, agróue, deiecerit expugnauerit, obsederit, clauserit, idq; vt fieret homines commodauerit, locauerit, conduxerit, quiue cetum, concursum, turbam, seditionem, incendium fecerit, funerari sepelireue aliquem prohibuerit funúsue eripuerit, turbauerit, & qui eum cui aqua & igni interdictum est, receperit, celauerit, tenuerit, quíue cum telo in publico fuerit, templa, portas, aliúdue quid publicum armatis obsederit, cinxerit, clauserit, occupauerit. Quibus omnibus conuictis, si honestiores sint, tertia pars bonorum eripiatur, & in insulam relegētur, humiliores in metalum damnentur.

4 Creditor chirographarius si sine iussu præsidis per vim debitoris sui pignora cùm non habuerit obligata acceperit, in legem Iuliam de vi priuata cōmittit. Fi-

duciam verò & pignora apud se disposita persequi, & sine authoritate iudicis vendicare non prohibetur.

De lege Iulia peculatus.

TITVLVS XXIX.

1 SI quis fiscalem pecuniam atrectauerit, surripuerit, mutauerit, seu in suos vsus conuerterit, in quadruplū eius pecuniæ quam substulit, condemnetur.

Ad legem Iuliam repetundarū.

TITVLVS XXX.

l. 38. Siquis. §. iudices. ff. de penis. vide Ant. Aug. lib. 1. c. 9. et [illegible] exous.

1 IVDICES pedanei si pecunia corrupti dicātur, plerūq; à præside aut curia submouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

Ad legem Iuliam maiestatis.

TITVLVS XXXI.

[illegible] 1. Cic. Philipp. [illegible] in indice legum [illegible]

1 LEGE Iulia maiestatis tenetur is cuius ope, consilio, aduersus Imperatorē vel rempub. arma mota sunt, exercitúsue eius in insidias deduct⁹ est, quiue iniussu Imperatoris bellum gesserit, delectúmue habuerit, exercitum cōparauerit, solicitauerit, deseruerit Imperatorem, his anteà in perpetuum aqua & igni interdicebatur, nunc vel humiliores bestijs obijciuntur, vel viui exuruntur: honestiores capite puniuntur, quod crimen non solùm facto, sed verbis impijs, ac maledictis maximè exacerbatur.

In reum

2 In reum maieſtatis inquiri prius conuenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc authoribus fecerit. Tanti enim criminis reus, non obtentu adulationis alicuius ſed ipſius admiſsi cauſa puniendus eſt. Et ideò cùm de eo quæritur, nulla dignitas à tormentis excipitur.

Ad legem Iuliam ambitus.

TITVLVS XXXII.

1 PETITVRVS magiſtratus vel puinciȩ * ſacerdotiũ: ſi turbã ſuffragiorũ cauſa cõduxerit, ſeruos aduocauerit, aliãue quã multitudinẽ cõduxerit, cõuictus, vt vis publicæ reus, in inſulã deportatur.

* vel prouinciam.

~~*De pœnis militum.*~~

TITVLVS XXXIII.

1 SI pecunia accepta miles cuſtodiam dimiſerit, capite puniendus eſt: & certè quæritur cuius criminis reus dimiſſus eſſe videatur.

2 Qui cuſtodiã militi proſequenti magna manu excuſerit, capite puniuntur. *

* punitur.

Quando appellandum ſit.

TITVLVS XXXIIII.

1 QVOTIES iuſiurandum poſtulatur, eo tempore appellandum eſt, quo defertur, non quo iuratur.

De cautionibus & pœnis appellationum.

TITVLVS XXXV.

vide .2. q. 6. c. propter Supplinam. et Ant. Aug. lib. 1. c. 8. et Brissonium lib. 2. Select. c. 18.

1 NE LIBERVM quis & solutũ haberet arbitrium, retractandæ & reuocandæ sententiæ, & pœnę, & tempora appellatoribus præstituta sunt. Quod nisi iustè appellauerint, tempora ad cauendũ in pœna appellationis quinque dierum præstituta sunt. igitur ignorãs si in eo loco tibi appellauit, cauere debet, vt ex die acceptarũ literarũ, cõtinui quinq; dies cõputetur: si verò longiùs, salua dinumeratione integri quinq; dies cũ eo ipso, quo literas acceperit, computantur.

2 Ne quis in captionem verborũ in ca[illegible]do incidat, expeditissimum est, pœnã [illegible] vel quid aliud pro eo deponere. ne[illegible] enim non habet sponsorem quis fideiussorémue dare, aut præsentem esse: sed si contra eum fuerit pronuntiatum, perdit quod deposuit.

3 Quoties in pœna appellationis cauetur, tam vnus quàm plures fideiussores, si idonei sunt, dari possunt: sufficit etiã per vnum idoneum * solennitatis pœnam constitui.

* indemnitatis pœna consuli.

4 Si plures appellãt, vna cautio sufficit: & si vnus caueat, omnibus * vincit.

* omnes.

5 Cùm à pluribus sententijs prouocatur, singulæ cautiones * faciendæ sunt, & de singulis pœnis spondendum est.

* exigendæ.

6 Modus pœnę in qua quis cauere debet, specialiter in cautione exprimendus

est

est, vt sit in qua stipulatio committatur. aliter enim rectè cauisse non videtur.

7 Assertor si prouocet in eiusmodi + tertia cauere quanti causa æstimata est.

+ assertione fortè legendum.

De dimissorijs literis.

TITVLVS XXXVI.

1 AB eo à quo appellatum, ad eũ qui de appellatione cogniturus est, literæ dimissoriæ dirigantur, quæ vulgò apostoli appellãtur, quorũ postulatio & acceptio intra quintũ diẽ ex officio faciẽda est.

c. ab eo. 2. q. 6. v. brisson. lib. 2. select. c. 19.

2 Qui intra tẽpora præstituta dimissorias non postulauerit, vel acceperit, vel reddiderit, præscriptione ab agendo submouetur.

De reddendis causis appellationum.

TITVLVS XXXVII.

1 MERITVM appellationis causę capitalis, & ipsam rationẽ status, non nisi per nosmetipsos, prosequi possumus. Nemo enim absens, aut duci in seruitutem potest, aut damnari.

2 Moratorias appellationes, & eas, quę ab executoribus, & confessis fiunt, recipi non placuit.

3 Eum qui appellat, cum cõuitio ipsius iudicis appellare nõ oportet. Ideoq; qd ita factũ est, arbitrio principis vindicã

l. 42. de iniur. ... appellat ... Renard 9. ... Iur. ... rum. c. 3.

Post prouocationem quid obseruandum sit.

TITVLVS XXXVIII.

c. qties. 2. q. 6.

1 QVOTIES possessor appellat, fructus medij temporis deponi cõuenit. quod si petitor prouocet, fructus in causa depositi esse nõ possunt, nec rectè eorum nomine satisdatio postulatur.

2 Si propter prædia vrbana, vel mancipia appelletur, impensiones corũvel mercedes, vecturę etiã, si de naui agatur, deponi solent.

De meritis appellationum.

TITVLVS XXXIX.

c. omnino. 2. q. 6.

1 OMNI modo puniendum est, vt quoties iniusta appellatio pronuntiatur, sumptus, quos dum requiritur aduersarius impendit, reddere cogatur, non simplum sed quadruplum.

SENTENTIARVM. RECEptarum Iulij Pau. ad filium libri quinti & vltimi.

FINIS.

INDEX TITVLORVM

QVINQVE LIBRORVM Iulij Pauli Iureconsulti sententiarum receptarum ad filium.

Senatus_

FINIS.

vetus, vel eorum censura, vel per eorum traditionem, licet non simul totum, sed temporis decursu fuit in lucem productum. Vnus hic tamē reliquus fit scrupulus circa hoc nostrum assertum, putà satis esse, si constet librum esse Apostoli, vt continuo adstruatur ei catholica fides. Est quippè sententia Augustini contra Faust. 28. ꝙ neq; Paulo ipsi, eo quòd post Ascensionem Domini de cœlo vocatus est, Ecclesia credidisset, nisi in carne inueniret Apostolos, quibus communicando, & cū quibus conferendo euangeliū, eiusdē esse societatis appareret. Id quod Tertullianus Augustino lōgè antiquior. lib. 4. contra Marcionē antea affirmauerat. Qua inquit ratione, vt de se ipse refert ad Gala. 1. iuit Hierosolymam ad cognoscendos Apostolos & consultandos, ne non secundum illos credidisset, & secundum illos euangelizaret. Hæc Tertul. Ad hoc autem responderi satis potest benè: primum condecens fuisse vt Paul. cęteros salutaret apostolos, illisq; se in socium præberet, in quorum erat iam gremio per Dei vocationē. Præterea vt omnibus simul constaret, idē euangelium prædicare

Enascens scrupulus. *Augustin.* *Tertullian.* *Paulus.* *Solutio.*

dicare


colorchecker CLASSIC
mm
calibrite